Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries
and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

45. 1177.

CHOLIAMBICA POESIS GRAECORUM

BABRII

FABULAE AESOPEAE

CAROLUS LACHMANNUS

ET AMICI EMENDARUNT

CETERORUM POETARUM CHOLIAMBI

AB AUGUSTO MEINEKIO COLLECTI

ET EMENDATI

BIBLIOTHECA BODLEIANA

BEROLINI

TYPIS ET IMPENSIS GE. REIMERI

A. 1845.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·

PRAEFATIO CAROLI LACHMANNI.

Ab illustri viro Abelo Villemain, publicae institutionis in Gallia summo praeside, in Graeciam veterum codicum excutiendorum gratia missus Minoides Menas Macedo praeter alia minoris momenti rettulit Babrii fabellarum Aesopearum maiorem partem ex codice laurae montis Atho a se descriptam. his tam insignis tamque insperati muneris auctoribus omnes eruditos gratias agere maximas convenit: editori autem, Iohanni Friderico Boissonado, subirasci licet, qui opus a viro excellente sibi commissum neque re neque tempore nostro satis dignum effecerit. quod fortasse in sene aequius ferri posset, nisi idem litteris ac studio honorem suum invidisset, cum se his carminibus emendandis testimonium edere scripsit *promptissimi obsequii*, quasi criticum faceret

viri excellentis mente clemente edita

oratio, et obsequium non modo amicos pareret sed sollertiam.

Itaque postquam Parisinae editionis exemplaria in manus nostras venerunt, quod factum est post medium mensem novembrem, et ego et Augustus Meinekius librum aliqua cum cura perlegimus: mox cum ab utroque observata inter nos communicabamus, supervenit edita a Friderico Dübnero ad Fridericum Iacobsium epistula, in qua et multa eadem erant et aliqua nova. tunc Immanuel Bekkerus, qui nobis in primis novae editionis curandae auctor fuerat, ipse in laboris consortium venit emendanda sententiarum distinctione et vocabulorum scriptura. isque praeterea non

solum iudicio suo nos adiuvit, sed etiam quaedam a nobis festinantibus praetermissa egregie correxit. subinde venerunt consilio nostro cognito ab amicis sponte missae emendationes, primum Lipsia a Mauricio Hauptio, tum Gottinga a Friderico Wilhelmo Schneidewino, postremo ante paucos dies a studiorum nostrorum parente Godofredo Hermanno. horum omnium nullus est quin aliquid quod ceteros fefellisset viderit: ceterum tam multa sunt omnium communia, ut ne apponenda quidem nomina censuerim, nisi ubi consensus fidem facturus esse videretur. quae Boissonadus correxerat, eis Athoi codicis scripturam in margine subieci notatam littera A: nomen eius adscripsi laudabilioribus inventis, ita, B: ubi nihil vitii subesse suspicatus erat, nominis notam Athoi codicis scripturae addidi, hoc modo, AB. commenta vel mea vel aliorum ea quae nobis a veritate abhorrere videbantur nulla commemoravi: paucula tamen minus certa etiam in seriem versuum recepi, ne morarer eos qui has fabellas delectationis causa legere volent. hic ceteras nominum notas, quibus usus sum, subiungam: tum de poeta eiusque aetate dicam accuratius. C littera notatur Corais fabularum Aesopearum collectio, D Dübnerus, F fabulae a Francisco de Furia ex bibliotheca Vaticana editae, G Iohannis Georgidae gnomologium, H Godofredus Hermannus, L Lachmannus, M Meinekius, S Suidas, T Tyrwhitti dissertatio de Babrio cum appendice, V Vossianus codex Dosithei a Böckingio editus.

De nomine poetae controversia est. *Βάβριον* dicere solet Suidas, dicit Avianus, *Βαβρίαν* Tzetzes: utramque formam exhibet Suidas in *Βαβρίας ἢ Βάβριος*. horum nullus satis locuples auctor est, neque videntur aliud de eo legisse quam quod libro praescriptum esset, *Βαβρίου μυθίαμβοι*. sed Athous codex minus vere *Βαλεβρίου*, *Βαλερίου* ex ignoto libro doctus Anglus a quo factum apographon fabulae 58 Harleiano cuidam codici inest. *Γαβρίου*

ἔλληνος τετράστιχα Aldus praescripsit fabellis tribus et quadraginta, quarum postrema est Babrii duodecima tredecim versibus comprehensa. *) de tempore et patria poetae nihil est apud Suidan: ipse se Arabum fraudes expertum dicit (57, 12), saepius Branchum puerum alloquitur (pr. 1, 2. 10. 17. fab. 18, 15. 74, 15), quem eundem videtur dicere filium βασιλέως Ἀλεξάνδρου (pr. 2, 1): postquam coeperit Aesopea versibus pangere, alios successisse, qui doctiorem et griphis similem poesin protulerint (pr. 2, 11).

A postremis faciemus initium. ex illis fabulis obscura oratione compositis superesse suspicor quae apud Suidan leguntur hexametro et elegiaco metro scripta. ea in unum collata ab Ioachimo Henrico Knochio in fine Babrii et in programmate Torgaviae anno 1838 edito hic subiciam appositis Babrii fabularum numeris.

36, 2 ἠχήεις ἐτάνυσσε βαλὼν προκάρηνον ἀήτης....
4 ἔστασαν, οὐδὲ κόμας ψαφαρῇ μεμίαντο κονίῃ....
64, 1 Αἰπεινῇ ἐλάτῃ ἔρισεν βάτος. ἡ μὲν ἔειπεν
καὶ ναῦς καὶ νηοὺς τεμνομένη τελέειν....
7 "αἰπεινὴν ἐλάτην ἔρις ὤρορεν αἴσυλα φάσθαι....
66, 8 τοὔνεκα τὴν ἰδίην οὔτις ὄπωπε δύην.
67, 1 Ἐς βίοτον κοινωνὸς ὄνῳ γένετ' ὠμοβόρος λίς....
5 "τοῦτο μὲν οὖν πρῶτον λάχος οἴσομαι........
93, 2 .... μετὰ δὲ σφίσι πιστώσαντο
συνθεσίην . . . .
4 πικροὶ μέν τε λύκοισιν, ἀτὰρ χιμάροισιν ἀκηδεῖς....
95, 18 οὐδέ οἱ οὐδ' αἴθων ἅδε πάρδαλις, οὕνεκα θυμοῦ
ἐμπλείη, τὸ δὲ πολλὸν ἀγήνορα μέμφετο τίγριν....
37 κερδοῖ φηλωθεῖσα θοὴ κεμάς, ἐγγύθι δ' ἔστη

*) Aldus duobus exemplaribus usus est, ex quorum altero hanc fabulam edidit p. 57, ex emendatiore inter Latina pagina ultima editionis a. 1505. priore loco habet ἐξεποτήθη — ἀηδὸν — χελιδὼν ἔφη — ἐπίμιξις τ' ἀνθρώπων — ἀναφλέγει, altero ἐξεπωτήθη — ἀηδόν — χελιδών φησι — ἦτε μίξις ἀνθρώπων — ἀναφλέξει.

ἠπεδανοῖο λέοντος . . . .

59 ἡ δὲ πελιδνωθεῖσα καὶ ὄμμασι λοξὸν ὑποδράξ
ὀσσομένη . . . .

96 καί οἱ πορφύροντι διακριδὸν ἀμφὶς ἕκαστα . . . .

108, 1 Θέντο μετ' ἀλλήλοισιν ἑταιρείην μύε δοιώ
οὐ καθ' ὁμὰ ζώοντες. ὁ μὲν κατὰ νειὸν ἐρήμην
ἐτρέφεθ', ὃς δὲ δόμοισιν ἐν ἀφνειῶν τρέφετ' ἀνδρῶν . . . .

11 ἔνθ' ἵνα μοι βίος ἐστίν, Ἀμαλθείης κέρας αἰγός . . . .

31? λέξομαι ἐν μυχάτῳ· κλισίη δέ μοί ἐστιν ἑτοίμη . . . .

115, 5 "τίς γάρ ἐμοί σεο μισθὸς ἐπάξιος, ἥν σε διδάξω
ὑψοῦ ὑπὲρ πόντοιο μεταχρονίην ποτέεσθαι;" . . . .

9 . . . . ὅθι στυφελῶν ἐπὶ πετρῶν
ὀστρακόεντά τε νῶτα καὶ ἀγκύλα γυῖα κεάσθη . . . .

11 "οὔτι δίκης ἀπάνευθεν ἀεικέι δάμναμαι οἴτῳ . . . .

122, 7 ἔκ μοι σκῶλον ἔρυσσον, ὅ μοι κακὸν ἔμπεσεν ὁπλῇ . . .

139 ὣς φάσαν· οὐδὲ ἄναξ ἄνεως ἦν . . . .
. . . . τί γὰρ σθένος ἔσκε σιδήρῳ,
ὑμείων εἰ μή οἱ ἐνὶ στειλειὸν ἀρήρει;"

144 . . . . ἀλλὰ Λίβυσσα
στρουθὸς ἁλισκομένη πλάζε καὶ ἀμφοτέρους . . . .

pauca in his mutavi: fabula 64 legebatur *Αἰπειναῖς ἐλάταις*, 93 *πικρῇ* et *ἀκηδής*, 95 *κέρδεσι φηλωθεῖσα*. librum unde haec sumpsit Suidas *μύθους* vel *μυθικὰ* dicere solet: semel in *ἑταιρεία* Babrii nomen adscriptum est; ne hoc quidem male: nam poeta nullas alias nisi Babrianas fabulas vel novisse vel tractasse videtur, easque grandioribus verbis ornatas in versus dactylicos transfudisse. idque ipsum illud esse puto quod in eo Babrius reprehenderit, cum dicit

εἰσῆλθον ἄλλοι καὶ σοφωτέρης μούσης
γρίφοις ὁμοίας ἐκφέρουσι ποιήσεις,
μαθόντες οὐδὲν πλεῖον ἤμε γινώσκειν.

hic igitur Aviano simillimus fuit, cuius ex XLII fabulis viginti quinque ad Babrii exemplum tam accurate expressae sunt ut saepe vel minima orationis ornamenta referant; quamquam hunc etiam alios aliquando auctores secutum

esse constat, velut in fabula 30, quae est huius modi (emendabo autem in transcursu).

Vastantem segetes et pinguia culta ruentem
liquerat abscisa rusticus aure suem,
ut memor accepti referens monumenta doloris
ulterius teneris parceret ille satis.
rursus in exculpti deprensus crimine campi
perdidit indultae perfidus auris onus.
nec mora, praedator segeti caput intulit horrens:
poena sed insignem congeminata facit.
hunc domini mensis captum dedit ille superbis,
in varias epulas plurima frusta secans.
sed cum consumpti dominus cor quaereret apri,
inpatiens fertur quod rapuisse coquus,
rusticus hoc iustam verbo compescuit iram,
adfirmans stultum non habuisse suem:
'nam cur membrorum demens in damna redisset
atque uno totiens posset ab hoste capi?'

haec enim Babrius narrare non potuit, cum illud ipsum in quo summa est in fabula 95 posuerit. ceterum aetas Aviani recte disputari non prius poterit quam carmina eius fuerint emendata. nam quod Titiani apologorum nullam mentionem fecit (quod unum habet suae opinationis fundamentum Henricus Cannegieterus), eum si vel maxime nosset, ne poterat quidem post Babrii iambos et Phaedrum commemorare Babrianas fabulas soluta oratione Latinas factas: hanc enim ipse Cannegieterus putat esse illam, quam Ausonius epistula 16, 78 se ad Probum mittere scribit,

Aesopiam trimetriam,
quam vertit exili stilo
pedestre concinnans opus
fandi Titianus artifex.

quamquam fuerunt etiam fabulae Graecis versibus iambicis non claudis scriptae, quarum duo quod scio supersunt exempla. sumptum inde apud Suidan proverbium extat, sa-

tis recte scriptum, nisi quod *δέ* addendum fuit; hoc potius quam *γέ*, quod cur omitteret Suidas causa nulla erat.

. . . . νῦν δὲ σωθείην, ἵνα
ᾖ μοι δίδαγμα τοῦτο τοῦ λοιποῦ χρόνου."

παρὰ τὸν μῦθον εἴρηται τοῦτο τῆς μανθανούσης χελώνης ἵπτασθαι παρὰ τοῦ ἀετοῦ καὶ πεσούσης. quorum nihil simile est in eadem fabula apud Babrium 115, 11: fabulatores vulgares (Cor. 61) neutrum secuti sunt. integram autem fabulam, eamque neque a Babrio neque a ceteris expressam, Franciscus de Furia edidit ex Vaticano codice (359, Cor. 409), in qua nobis iuvenilis Christoph. Schneideri diligentia non multa corrigenda reliquit. ea his versibus concepta est.

Τόποις ἐρήμοις ἐμπλανώμενος λύκος
κλίνοντος ἤδη πρὸς δύσιν ποθ' ἡλίου
δολιχὴν ἑαυτοῦ τὴν σκιὰν ἰδὼν ἔφη
" λέοντ' ἐγὼ δέδοικα τηλικοῦτος ὤν;
πλέθρου δ' ἔχων τὸ μῆκος οὐ θηρῶν ἁπλῶς
πάντων δυνάστης ἀθρόων γενήσομαι;"
λύκον δὲ γαυρωθέντα καρτερὸς λέων
ἑλὼν κατήσθι'. ὁ δ' ἐβόησε μετανοῶν
" οἴησις ἡμῖν πημάτων παραιτία."

Ad definiendam aetatem Babrii veniendum est. eo Phaedrus nusquam usus est: Avianum incerti saeculi poetam fabulas eius expressisse vidimus: idem fecit saeculo secundo ad finem vergente vel tertio incipiente Iulius Titianus orator Frontonianus, fecit ipso Babrio vivente alius poeta Graecus vel plures. in his omnibus nihil inest quod Bentleii sententiam confirmet, cui Babrius esse visus est ex novissima aetate bonorum scriptorum (*"one of the latest age of good writers," dissertation upon Aesop's fables* n. 7); quo puto ab eo tertium saeculum significari vel initium quarti. Dositheus grammatista vel aequalis Titiani fuit vel eo paulo iunior: nihilo minus ne hunc quidem omittere

possumus propter mirabilem Boissonadi errorem. hic enim Branchum illum, ad quem scribit Babrius, non regis alicuius Alexandri, qui tamen multi sunt, filium fuisse suspicatur, sed Severi Alexandri imperatoris. atquin hic Alexander quo tempore Maximini iussu interfectus est, mense Martio anni 235, fuit annorum unde triginta et mensium complurium; ex quo apparet eum natum esse anno 205. iam ille Dositheus magister in usum puerorum Graecorum Latinam linguam discentium Hygini genealogiam Graece et Latine descripsit Maximo et Apro consulibus tertio idus septembres (p. 65), hoc est anno Christi 207: idem vero in priorem illa operis sui partem recepit fabulas Aesopeas duo de viginti, quarum maxima pars oratione prosa compositae sunt neque ullam habent neque cum Babrio neque cum ceteris prosa scriptis similitudinem, sexta decima autem et septima decima ex ipso Babrii opere omnibus versibus descriptae sunt. hinc intellegi potest ipso illo Branchi, ut Boissonado videtur, patre anniculo vel bimo scholarum magistros iam solitos fuisse fabellis oratione soluta compositis admiscere Babrianas ad Branchum scriptas. neque id cuiquam praeter Boissonadum valde mirandum esset, si Augusti temporibus vixisset Apollonius Archibii filius, qui in lexico Homerico p. 10, 13 versibus choliambicis utitur quos Babrii esse et Tyrwhittus recte sensit et Boissonadus concessit. sed in hoc duplex error est, alter Villoisonis, alter Suidae. quorum ille (ad Apollon. prolegom. p. VIII) cum in etymologico magno p. 32 placitum Apollonii Archibii filii a technico refutatum legisset, hunc Dionysium Thracem esse putavit, cum Apollonius Dyscolus intellegendus sit. Suidas autem in Ἀπίων hunc Apionem, sophistam notissimum, de quo Lehrsius noster in epicis quaestionibus suavissime disputavit, μαθητὴν Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀρχιβίου fuisse perhibet; quod falsissimum esse totus Apollonii liber clamat, ex quo apparet hunc Apionis auditorem fuisse, qui vanissima

eius commenta cum scholae Aristarcheae disciplina conciliare non posset et ne defunctum quidem acerbius reprehendere auderet: nam plerumque leniter subicit *δύναται δὲ καὶ εἶναι, βέλτιον δέ, οὐκ ἔστι δέ, ἔστι δὲ μᾶλλον, ἡμῖν δὲ φαίνεται,* rarius *οὐχ ὑγιῶς,* semel *κακῶς* p. 126, 1, semel *γελοίως* p. 167, 4. Apionem vero Claudio imperante in vivis fuisse constat, sed obisse prius quam Senecam. itaque Apollonium habemus Babriani operis testem Titiano centum vel pluribus annis antiquiorem. neque ulla causa est cur ipsum Babrium eadem fere aetate vixisse negemus, cum et oratio eius multa habeat ab usu antiquiorum poetarum aliena, et circa eadem tempora rex Alexander fuerit de cuius stirpe nihil constet, ut potuerit etiam Branchum nomine filium habuisse. is est Alexander Alexandri Herodis filii nepos, ex ea gente natus quam Iosephus (antiq. 18, 5 p. 886) statim ad Graecos mores ab Iudaicis descivisse dicit, matrimonio coniunctus cum Iotape Commagenorum regis filia, ipse a Vespasiano rex constitutus *Ἰσσιάδος τῆς ἐν Κιλικίᾳ*: sic enim recte scribere viros doctos puto, cum libri habeant *Ἡσίοδος*. hoc igitur tempore post annum a Christo nato 72 in Syriae et Ciliciae confiniis Babrium fabellas Alexandri regis filio composuisse si dixero, vana specie me ludi non credam donec aliquis ipso Brancho indicando finem imposuerit opinationibus.

Ad Valerii Martialis aetatem Babrium a me referri non mirabitur qui scierit quam illi in versuum choliambicorum arte sint inter se similes. nam ab anapaesto pede in hoc versiculo initium ducere ante hos nemo, eodem fere tempore ausi sunt Persius et Petronius. sed eosdem anapaesto in ceteris sedibus usos esse non possum credere. et Babriana quidem exempla puto me satis feliciter profligasse, epimythiorum scriptoribus eripi non debent: quae in Priapeis sunt (52, 13. 64, 9) et apud Martialem (3, 58, 39. 93, 24. 8, 44, 8), ea procurabunt alii. propriis artium

vocabulis maior apud Graecos libertas est: itaque Babrius anapaestum admisit in κορυδαλλός 72, 20. 88, 8. 17 et in σισύρη 18, 3. 13, nisi quod hoc σύρη scribi malo cum Meinekio. dactylus in Priapeis nullus est, quod non mirandum in tam paucis versibus: Catullus duos habet in primo pede (37, 5. 44, 20), unum in tertio (59, 3), Cn. Mattius unum in tertio, Martialis et Babrius multos utrobique. tribracho Catullus non utitur, semel in tertio pede unus ex Priapeorum scriptoribus (52, 18), item semel in secundo Cn. Mattius, Persius in eodem bis, Babrius in quattuor prioribus saepe, bis etiam in secundo et tertio pede simul, πολὺς δὲ κάλαμος ἑκατέρωθεν (36, 4), μῦς ταῦρον ἔδακεν ὁ δ' ἐδίωκεν (112, 1): hoc enim rarum est, neque a Martiale usquam admissum, cuius artem his exemplis cognoscamus licet. *ingrata lati spatia detinet campi. exercet hilares facilis hortus urbanos. hic farta premitur angulo Ceres omni.* haec et Martialis et Babrius frequentat: rarissima apud Martialem sunt quae subiciam. *exprimere Rufe fidiculae licet cogant. et delicatus opere fruitur eunuchus.*' ceterum tribracho in primo pede Martialis abstinuit: certe duo sola exempla inveni haec, *et anatis habeas* 3, 93, 12, et in epistula libro primo praemissa *an ideo tantum.* in hoc Babrius minus delicatus fuit, sed neuter versibus alibi quam medio tertio quartove pede incisis usus est. itaque Babrio adscribi non debet hoc, ξένοις γὰρ ἐμπρέπων (72, 24), nec ferri potest ὁ δ' ἔμπορος τέχνην ἐπινοεῖ (111, 14), nec veri simile est eum scripsisse, quod tamen pulchrum est de ranis, βαθεῖαν εἰς ἰλὺν ὀκλαστὶ πηδώντων (25, 7). sed spondeo in quintam sedem admittendo quin aliquotiens ad antiquissimorum auctorum licentiam redire voluerit, dubitari non potest. certe de polysyllabis nulla controversia est, qualia sunt λευκανθιζούσας 22. 45, ἀντιζωγρήσας 107, εἰρηνεύοι 39, ἐβλασφήμεις 89, ἠλαφρύνθη 111. sed sunt etiam trisyllaba haec, quae mihi

eius commo
liare non
hendere
δὲ καὶ εἰ
ἡμῖν δὲ
semel γε
in vivis
itaque A
centum
est cur
cum et
rum al
de cu
nomi
dis f
18,
viss
rum
τῆ
cu
n
b

ues solutos non admisit: quare non potest 6, 8 scribi, m si per spondeum liceret, *φυκὶς ἐκύησεν μήτηρ*. deinde erorum duae extremae syllabae non acuuntur, neque rii est hic versiculus 22, 13, *ἀεὶ γὰρ ἕν γε τιλλόμενος μνοῦτο*. nam quae primam longam et medias breves ent, pedem et semissem faciunt, sed raro, *συνθέμενος τοῖς* 30, *σκεψόμενος ὁ θύτης* 54, *ἡμίονος ἀργῆς* 62, φαγε γαστήρ 86, *βουλόμενος ἡμῖν* 119, *καὶ τῷ λίπει ιγόμενος* 61: quorum autem prima brevis est, ea medio rsu duobus contrariis modis posuit, ita, *ξένῃ θελήσας ριβαλεῖν τις αἰκίῃ* 11, *ἀφόβως περιβαλεῖν τίς δ' ἰ-ῦσα μὴ κλαύσῃ* 98, item *παρετίθει τι τῶν ὄντων* 74 *ταὐτὸν παρετίθει δεσπότῃ* 106, et similiter *ὑπὸ φίλων ὠρήθη* 105, *ζευχθεὶς δ' ὑπὸ μύλην* 29; nisi quando ltima brevis est, quo alter modus excluditur, ut *μέγας ύων ἐγένετο* 99. sed haec tetrasyllaba, quorum prima bre-is est, a primo pede arcentur, nec scripsit Babrius sed nterpolator 103, 20 *μακάριος ὅστις*, neque *κορυδαλός* ertia brevi dixisse existimandus est, sed *κορυδαλλὸς ἦν τις* 38. pentasyllaba, ex eo quidem genere de quo nunc agimus, nulla ab eo nisi una certa mensura posita inveni, hoc modo, *γέννημα φρύνου συνεπάτησε βοῦς πίνων* 28, *λέων τις ἐβασίλευεν οὐχὶ θυμώδης* 102, *λέων ποτ' ἐπεβούλευεν ἀγρίῳ ταύρῳ* 97. nihilo minus 3, 2 scribere ausus sum *ἐπισυνάγειν ὡς αἱ μὲν ἦλθον αἱ δ' οὔπω*, quod certe sententiae convenientissimum est, et eadem ratione poeta hexasyllabon aptavit versui, cum dixit 8, 2 *πότερ' ἀναβαίνειν μᾶλλον*. praeter hoc hexasyllabon unum est, sed non a Babrio, *εὐκαταφρόνητον* 82, 11. illud autem praeter cetera animadvertendum est, hunc poetam post duas breves syllabas ultimam vocabuli vocalem non nisi semel elisisse in eo quod modo dixi, *πότερ' ἀναβαίνειν*: quo fit ut versus satis per se suspectus 43, 19 ab eo abiudicandus sit, *σφάλλουσιν ἡμᾶς ἐνίοθ' αἱ πεποιθήσεις*.

videntur partim nulla arte alia difficulter vitari posse. *πόλεις τὰς ἀνθρώπων* 70, *ἀλλ' ἢ δεσμώτην* 97, *ἡμῶν Αἰσώπου* prol. 1, *φησὶ ζωγρήσω* 53, *εἶχε ζητήσει* 61, *πάλαι με ζητήσῃ* et *γρύξαι τολμήσῃς* 95, *χρυσᾶ τικτούσης* 123, *μεθεῖναι τὴν πίστιν* 100. haec omnia eo magis tolerari debere existimo, quod conveniunt cum epicorum quibusdam artibus de quibus exposuit Lehrsius in epicis quaestionibus p. 310 — 313 et p. 315 *. quotiens autem versus in disyllabon vocabulum exit, Babrium a spondeo abstinuisse certum est, neque epimythia absurda et imperite scripta tam anxio poetae adscribere licet.

Anxium hunc poetam dico et difficilem, qui in versibus pangendis asperiora omnia curiose vitaverit. in quo genere magna cum arte cavit nequa brevis ex duabus postremis vocabulorum syllabis sub ictu esset. itaque disyllaba et trisyllaba solet ita collocare ut disyllabum totum ex brevibus aut duae priores trisyllabi pro longa sint, aut disyllabi vel trisyllabi prima cum vocabulo monosyllabo. *τὸν τόπον ἐδείκνυ, ὧν ὁ θεὸς ἐσυλήθη. ἐντεῦθεν Ἄραβές εἰσιν, ἄλλους τε βασιλεῖς. ὡς ξηρὸν εἶδε τὸ θέρος εἶπε, ἀλκῇ μὲν ὁ λέων ὁ δ' ὄνος ἐν ποσὶν κρείσσων. παρῆκε τὸν ἱκέτην ζῶντα, τὸν κώδωνα δι' ἀγορᾶς σείων.* horum postremis similia sunt *ἐπ' ἀχύροισι* 76, *ἐν ἁβρότητι* 131, *ὁ δ' ἀποπηδήσας* 108. quare nullo modo ne hac quidem ratione verum esse potest quod legitur 111, 16 *τούς θ' ἅλας ἐμεμισήκει*, neque Boissonadus 87, 17 ex arte scripsit *εἶπε κορυδαλὸς παισίν* aut 45, 12 *ὁ βουκόλος ἀγέλαστος*, neque 124, 20 scribi debuit *τὸν φίλον ὅ τι δειπνήσει*, neque ferri 116, 16 *κακὸν ἐπιχαίρειν*. dixit tamen poeta in versus initio *ἔγκατα λαφύσσων* 95, 91 et *πλείονος ἔρως γάρ* 123, 7. tetrasyllaborum quaedam licentia, de qua statim dicam, est in *ζευχθεὶς δ' ὑπὸ μύλην* 29, 2. nam ex tetrasyllabis primum ea quae possunt in versu ita collocari ut nulla brevis syllaba sub ictu sit, in

pedes solutos non admisit: quare non potest 6, 8 scribi, etiam si per spondeum liceret, *φυκὶς ἐκύησεν μήτηρ*. deinde ceterorum duae extremae syllabae non acuuntur, neque Babrii est hic versiculus 22, 13, *ἀεὶ γὰρ ἕν γε τιλλόμενος ἐγυμνοῦτο*. nam quae primam longam et medias breves habent, pedem et semissem faciunt, sed raro, *συνθέμενος αὐτοῖς* 30, *σκεψόμενος ὁ θύτης* 54, *ἡμίονος ἀργῆς* 62, *ἐξέφαγε γαστήρ* 86, *βουλόμενος ἡμῖν* 119, *καὶ τῷ λίπει πνιγόμενος* 61: quorum autem prima brevis est, ea medio versu duobus contrariis modis posuit, ita, *ξένῃ θελήσας περιβαλεῖν τις αἰκίῃ* 11, *ἀφόβως περιβαλεῖν τίς δ᾽ ἰδοῦσα μὴ κλαύσῃ* 98, item *παρετίθει τι τῶν ὄντων* 74 et *ταὐτὸν παρετίθει δεσπότῃ* 106, et similiter *ὑπὸ φίλων ἐδωρήθη* 105, *ζευχθεὶς δ᾽ ὑπὸ μύλην* 29; nisi quando ultima brevis est, quo alter modus excluditur, ut *μέγας κύων ἐγένετο* 99. sed haec tetrasyllaba, quorum prima brevis est, a primo pede arcentur, nec scripsit Babrius sed interpolator 103, 20 *μακάριος ὅστις*, neque *κορυδαλός* tertia brevi dixisse existimandus est, sed *κορυδαλλὸς ἦν τις* 88. pentasyllaba, ex eo quidem genere de quo nunc agimus, nulla ab eo nisi una certa mensura posita inveni, hoc modo, *γέννημα φρύνου συνεπάτησε βοῦς πίνων* 28, *λέων τις ἐβασίλευεν οὐχὶ θυμώδης* 102, *λέων ποτ᾽ ἐπεβούλευεν ἀγρίῳ ταύρῳ* 97. nihilo minus 3, 2 scribere ausus sum *ἐπισυνάγειν ὡς αἱ μὲν ἦλθον αἱ δ᾽ οὔπω*, quod certe sententiae convenientissimum est, et eadem ratione poeta hexasyllabon aptavit versui, cum dixit 8, 2 *πότερ᾽ ἀναβαίνειν μᾶλλον*. praeter hoc hexasyllabon unum est, sed non a Babrio, *εὐκαταφρόνητον* 82, 11. illud autem praeter cetera animadvertendum est, hunc poetam post duas breves syllabas ultimam vocabuli vocalem non nisi semel elisisse in eo quod modo dixi, *πότερ᾽ ἀναβαίνειν*: quo fit ut versus satis per se suspectus 43, 19 ab eo abiudicandus sit, *σφάλλουσιν ἡμᾶς ἐνίοθ᾽ αἱ πεποιθήσεις*.

Quotam fere Babriani operis partem monachi cultissimae gentis posteri situ corrumpi siverint, ex iis quae supersunt Athoi codicis paginis colligi potest: apparet enim haec esse illa duo volumina quae dicit Avianus. sed cum apud Suidan legantur haec, *εἰσὶ γὰρ διὰ χωλιάμβων ἐν βιβλίοις ι'*, Dübnerus nimis, nisi fallor, subtiliter quae sciri hodie non possunt rimatus est. nam primum Avianus nihil reconditi subindicat, dum eleganti et acutae orationi studet: sic enim ille, 'quas Graecis iambis Babrius repetens in *duo* volumina *coartavit*, Phaedrus etiam partem aliquam *quinque* in libellos *resolvit.*' deinde quamquam apertum est Babrium fabellas non scripsisse eo ordine quo editae sunt, scilicet *κατὰ στοιχεῖον*, et ille prologus a quo $\bar{\mu}$ littera incipit tum demum scribi potuit cum iam magna pars fabularum edita esset, praeterea autem versus permultos non tam casu quam consilio immutatos additos omissos esse multis documentis intellegitur, nihilo minus Dübnero concedendum nego in huius modi varietatibus repetitas ipsius Babrii curas agnoscenti. nam Athous codex, qui videtur illi fere novissimam eamque contractiorem et emendatiorem editionem referre, ipse multis modis interpolatus est neque tam saepe Suidan vincit, si recte iudico, quam ab eo vincitur: neque fabulae oratione prosa scriptae, quae plerumque cum Athoo codice magis quam cum Suida consentiunt, si quando ab aliqua parte ornatiores sunt aut ampliores, id ex illis scilicet decem Babrii libris sumptum esse putandum est, sed aut ipsos scriptores sibi indulgere aut exprimere scazontas politicos saepe loquacissimos.

Ceterum liber Athous in primis $\bar{o}$ litterae fabulis deficit: extant aliunde conquisiti primi fabularum versus ex eadem littera septem (124. 125. 127 — 131), ex $\bar{\sigma}$ tres, ex $\bar{\upsilon}$ duo, e $\bar{\chi}$ unus (132 — 137). ergo veri simillimum est ex prioribus litteris nullam fabulam deperisse: quam ob rem unam a Tzetze servatam (126), cuius initium erat *Γάλ-*

λοις ἀγύρταις, versu transposito ad ō referre malui. existimavi enim hoc quoque officii mei esse, ut Babrii fabularum quidquid praeter Athoum codicem exstaret, magna cum diligentia a Tyrwhitto et Knochio collectum, et emendarem et si fieri posset augerem. est autem in hac parte, quam Boissonadus turpiter administravit, in primis curiose investigandum quasnam fabulas a Babrio tractatas esse e coniunctis plurium auctorum intellegi possit testimoniis. nam illa ars qua Bentleius primus latentes in soluta fabularum oratione choliambos investigare docuit, nisi certior testis accedat, non habet fidem: raro enim ipsa verba eius modi sunt ut non possint nisi e versibus petita esse; qualia sunt tamen στικτὴ πάρδαλις (133) et Ὑμηττία μέλισσα, κηρίων μήτηρ, (136) a Tyrwhitto animadversa. his vel minus certum est quod e Tzetze exhibui (142), Aesopi nomine uso, non Babrii. sed egregium habemus saepe testem scriptorem pessimum Iohannen Georgiden monachum, a quo collectas sententias Boissonadus edidit anecdotorum volumine primo: hic enim Babrii nomine apposito versus poetae genuinos vix ullos adfert (18, 16), sed epimythia permulta, ex quibus intellegi potuit quasnam ille fabulas ex Athoo codice deperditas in suo legisset (124. 134. 137. 140. 141); quo effectum est ut versus aliquot ex fabulis vulgaribus lucraremur. sed Knochius hunc scriptorem iniuria contempsit (ad Babrium p. 98), Boissonadus (p. 246) duos ex eo pessimos versiculos quasi meros Babrianos suscepit ipsa fabula neglecta, quam a Dositheo petere debuit (137). ceterum hic fons nondum exhaustus est, sed ex integriore Georgidae exemplari nova protrahere licebit. fortasse etiam ex fabulis tetrastichis, quae Gabriae vel Ignatio tribui solent (Babriae Tzetzes adscribit), alius post me aliquot antiquioris poesis membra conquiret felicius: ego enim cum observassem istum fabulatorem acute dicta et colores poeticos plerumque a Babrio sumpsisse, tamen non plures quam duas fabulas, in quibus aliquid eius generis

invenissem, Babrio vindicare ausus sum (144 et 145); ne facturus quidem in harum altera, nisi eandem elegiaco quoque carmine ab illo de quo supra dixi poeta expressam vidissem (p. VIII fab. 144). sunt tamen in his tetrastichis paucula quae in Athoo codice non inveniuntur. velut in fabula Babrii 96 post versum secundum haec habet tetrastichon, (C p. 81) *ὡς ἐχθρόν, ὡς κάκιστον, ὡς μεστὸν φόνου*, et in 121 post quartum (C p. 92) *ζωὴν ὑπέλθω δορκάδων ὑπερτέραν*, quibus concinit scazon politicus (C p. 347) *ζωὴν γὰρ ζήσω δορκάδος ὑπερτέραν*. sed in talibus videndum ne forte ex Athoo codice unus vel alter versiculus exciderit: certe horum alterum nihil obstat quo minus Babrius ita scriptum edidisse putetur, *χρονιώτερον γὰρ δορκάδος βίον ζήσω*. ceterum tetrastichorum magna pars in codicibus scriptis, qui quidem satis multi extant, inedita delitescit. velut Matritensis codex O 87 chartaceus formae quadratae f. 289—302 continet *τετράστιχα βαβρίου καὶ ἕλληνος* (sic) duo et octoginta numero, quorum prima tria ᾱ litterae Henricus Knustius descripsit (*Ἀνδρὸς ποσὶ, Ἀλλοτρίοις πτεροῖσιν, Ἀνὴρ γαλὴν γυναῖκα*, C p. 142. 118. 104). haec I. C. L. Gieselerus, vir summe reverendus, ex ea Knustii schedarum parte quam ad illum pervenisse a Ge. Henr. Pertzio acceperam, perquam humaniter mecum communicavit; in quo nuntio mihi praeter ingentem fabularum numerum nihil inexpectatum venit: Boissonadus (p. X) sine causa veri Babrii codicem esse suspicatus erat. sed ex huius modi libris siqua forte post nostra tempora proferentur, ea sane minuta erunt et paucis versibus comprehensa: mihi in hac festinatione iucundius fuit integras fabulas ex Vaticano libro iandudum editas emendare *). in

*) Hunc Schneidewinus Romam ex crypta ferrata, quae est in agro Tusculano, translatum suspicatur. quod si ita esset, non diceret profecto Maius (in spicilegii Romani voluminis secundi appendice) illum celebratissimum de crypta codicem nusquam apparere. accedit quod Vaticanus versiculos ad modum solutae orationis scrip-

his igitur curavi ut pleraque intellegi possent et huius poetae artem referrent: ceterum vere omnia correcta praestare non possum in tam ancipiti codicis fide. quae et multi viderunt et hodie nemo non videt, eis auctorum nomina apponere nolui, quae qui sibi scitu necessaria esse putabit ex operoso et utilissimo Knochii libello petet.

Scribebam Berolini, d. XXII decemb. a. 1844.

Postquam haec scripsi, non desiit illud evenire quod est in proverbio, *αὐτόματοι δ' ἀγαθοί.* sed praestat cetera adicere quem admodum Hesiodus scripsit, *ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἵενται,* nequis verba nostra tam male accipiat quam plerique Socratis Platonici iocum acceperunt: qui cum ita lusisset, *Ἀγάθων' ἐπὶ δαῖτας ἴασιν,* interpretes nescio quomodo ad acerbitatem Eupolidis respici putarunt, qua is *δειλῶν ἐπὶ δαῖτας* dixit. itaque nos hanc acerbitatem deprecamur tam nostro quam convivarum nomine. sed cena iam instructa Carolus Fridericus Hermannus emendationes suas nobis transmisit: in quibus erat, a nobis neglectum, in epimythio fabulae 19 *ψόγους ψευδεῖς* pro *τρόπους,* cetera pleraque cum nostris conveniebant. haec cum indicare non potuerim, qui volet per se cognoscet: sunt enim mense Februario edita (Jahrbücher für wissenschaftliche kritik 1844 II p. 801—830). eodem mense a Theotbaldo Fixio accepimus quae de Babrio disputavit in actis philologicis Parisinis novissimis (Revue de philologie, de littérature et d'histoire anciennes, vol. I p. 46 — 81). nostra studia tum iam deferbuerant, sed hunc quoque virum doctum tam saepe nobiscum sentire laetati sumus. praeter hos alii quae ad emendandas Babrii fabellas feruntur contulisse, ea

tos exhibet, ille autem apud Harlesium in bibliotheca Fabricii, vol. I p. 635, triginta fabulas 'versibus iambicis vel potius scazontibus concinnatas' tenuisse perhibetur, easque hoc titulo praenotatas, *τῶν Αἰσώπου μύθων ἴαμβοι.* non puto in his mendacium esse, sed vanitatem et ignorantiam hominis qui tetrasticha non novisset.

nos nondum vidimus, nisi quae Schneidewinus primis huius anni diebus edidit (Göttingische gelehrte anzeigen 1845 p. 1—32) iis quae ad nos miserat auctiora.

Superest ut addam non nulla in marginibus per neglegentiam omissa. Fab. 28, 4 *ὥρας* AF 54 in epimythio *εἰ* pro *ἢ* A 61, 2 *γρυπεὺς* A 72, 20 *σπίζων* Bergkius 107, 11 *καὶ σφαλοῖς* M. Scribebam cal. Martiis a. 1845.

M. Mina à M. Boissonade.

L'histoire du manuscrit, qui contient les Fables d'Ésope versifiées par Balébrias, est celle-ci. Dans le couvent de *Laura*, à Mont-Athos, il y a deux bibliothèques, une petite et une grande. La première contient des manuscrits tout à fait abandonnés et jetés pêle-mêle, la plupart pourris par l'humidité et les ordures des animaux, au point que les Vies des hommes illustres par Plutarque, ouvrage manuscrit dont l'Allemand Zacharias parle dans le traité de son voyage qu'il fit il y a huit ans au Mont-Athos, manuscrit alors complet, je l'ai trouvé tout à fait abîmé; il n'avait plus que dix cahiers; en grande partie les feuilles étaient collées et pourries. Tous les autres manuscrits étaient dans un état pitoyable. Je travaillai dans cette bibliothèque quinze jours, accompagné d'un diacre, nommé Gabriel, en feuilletant tous les manuscrits, que j'ai nettoyés autant qu'il m'était possible; et j'ai mis des étiquettes et des numéros à ceux qui m'ont paru de quelque intérêt. Il y avait un plancher, qui occupait la moitié du parterre de la bibliothèque, en forme d'un sopha. Les planches d'au-dessus étaient mouvantes, et le devant du plancher ouvert; l'au-dessous était plein de poussière et des ordures d'animaux. Ayant examiné tous les manuscrits, je me suis fourré sous le plancher, malgré la résistance des moines, qui s'y trouvaient. Ils me disaient qu'il n'y avait rien, et que je me salirais inutilement. Cependant j'en ai extrait quinze manuscrits: un Denys d'Aréopage, grand in-8°, *membr.*, avec des notes abrégées sur les marges; un autre, Histoire des animaux, par Élien, incomplet et pourri vers la fin, *chartaceus*; et autres treize encore, parmi lesquels se trouvait le manuscrit en question, abîmé vers le commencement et vers la fin. La dernière feuille était un lambeau, qui contenait les six derniers vers; le verso était embloqué d'un papier collé et pourri. La première partie de ce manuscrit contenait les Histoires fabuleuses dont saint Grégoire de Nazianze fait mention dans quelques-uns de ses discours. La partie suivante contenait [les Fables] en quatre-vingt pages in-8°, de la même grandeur que la copie que j'eus l'honneur d'envoyer à M. le Ministre [altitudo apographi est cm. 18; latitudo cm. 13]; plusieurs de ses feuilles étaient récrites. L'écriture m'a paru être du X^e^ siècle. Le *ι* n'y était pas souscrit sous les voyelles *α η ω*, mais placé du coté droit: par exemple, *αι ηι ωι*, pour *ᾳ ῃ ῳ*. Toutes les affabulations étaient en lettres majuscules. Il y avait plusieurs mots, dont quelques lettres étaient effacées, que j'ai déchriffrées et transcrites avec beaucoup de peine.

ΒΑΒΡΙΟΥ

ΜΥΘΙΑΜΒΟΙ ΑΙΣΩΠΕΙΟΙ.

Γενεὴ δικαίων ἦν τὸ πρῶτον ἀνθρώπων,
ὦ Βράγχε τέκνον, ἣν καλοῦσι χρυσείην. [....
τρίτη δ' ἀπ' αὐτῶν τις ἐγενήθη χαλκείη,
μεθ' ἣν γενέσθαι φασὶ θείαν ἡρώων.
πέμπτης σιδηρᾶ ῥίζα καὶ γένος χεῖρον.]
ἐπὶ τῆς δ' ἐπίσης καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ζῴων
φωνὴν ἔναρθρον εἶχε καὶ λόγους ᾔδει·
ἀγοραὶ δὲ τούτων ἦσαν ἐν μέσαις ὕλαις.
ἐλάλει δὲ πέτρα καὶ τὰ φύλλα τῆς πεύκης,
ἐλάλει δὲ πόντος, Βράγχε, νηὶ καὶ ναύτῃ,
στρουθοὶ δὲ συνετὰ πρὸς γεωργὸν ὡμίλουν.
ἐφύετ' ἐκ γῆς πάντα μηδὲν αἰτούσης,
θνητῶν δ' ὑπῆρχε καὶ θεῶν ἑταιρείη.

Tit. *Βαλεβρίου* A add *κατὰ στοιχεῖον. στίχοι χωλιαμβικοί. προοίμιον* AB

Praef. Versum excidisse post secundum monuit B 3. *τις* B, *τῆς* A 5. *πέμπτης* L, *πέμπτη* B, *μεμπτὴ* A 6. *δ' ἐπίσης* L, *δε σῆς* syllaba extrita A, *δὲ χρυσῆς* D 10. *πόντος* HLM, *πόντιος ἰχθὺς* A 11. *γεωργοὶς* AB

μάθοις δ᾽ ἂν οὕτω ταῦτ᾽ ἔχοντα καὶ γνοίης
ἐκ τοῦ σοφοῦ γέροντος ἡμῶν Αἰσώπου
μύθους φράσαντος τῆς ἐλευθέρας μούσης.
ὧν νῦν ἕκαστον, ἂν θέλῃς, ἐνὶ μνήμῃ
μελισταγές σοι νῶντι κηρίον θήσω,
πικρῶν ἰάμβων σκληρὰ κῶλα θηλύνας.

1 Ἄνθρωπος ἦλθεν εἰς ὄρος κυνηγήσων,
τόξου βολῆς ἔμπειρος· ἦν δὲ τῶν ζῴων
φυγή τε πάντων καὶ φόβου δρόμος πλήρης.
λέων δὲ τοῦτον προυκαλεῖτο θαρσήσας
αὐτῷ μάχεσθαι. "μεῖνον" εἶπε, "μὴ σπεῦδε"
ἄνθρωπος αὐτῷ, "μηδ᾽ ἐπελπίσῃς νίκῃ·
τῷ δ᾽ ἀγγέλῳ μου πρῶτον ἐντυχὼν γνώσῃ
τί σοι ποιητόν ἐστιν." εἶτα τοξεύει
μικρὸν διαστάς. χὠ μὲν οἰστὸς ἐκρύφθη
λέοντος ὑγραῖς χολάσιν· ὁ δὲ λέων δείσας
ὥρμησε φεύγειν ἐς νάπας ἐρημαίας.
τούτου δ᾽ ἀλώπηξ οὐκ ἄπωθεν εἱστήκει.
ταύτης δὲ θαρσεῖν καὶ μένειν κελευούσης,
"οὔ με πλανήσεις" φησίν, "οὐδ᾽ ἐνεδρεύσεις·
ὅπου γὰρ οὕτω πικρὸν ἄγγελον πέμπει,
πῶς αὐτὸς ἤδη φοβερός ἐστι γιγνώσκω."

17. θέλῃς ἐνὶ L, θείης ἐμῇ A 18. νῶντι (id est σωρεύοντι) L, νῷ τὸ A 19. θηλύνας LM et Hauptius, θηλᾶσαι A
Fab. 1. ἀρχὴ τοῦ ᾱ AB 3. φυγῆς A 4. θαρσῆσαι A 6. ἅνθρωπος AB 9. ὀϊστὸς AB 15. πικρὸν D ex C p. 182, φοβερὸν A 16. φοβερός D, πικρός A Epimythion ὅτι δεῖ ἐκ τῶν προσφερομένων γινώσκειν τ`ν ἑκάστου διάθεσιν. καὶ ὅτι ἡ σοφία τῆς δυνάμεως διαφέρει. AB

2 *Ἀνὴρ γεωργὸς ἀμπελῶνα ταφρεύων*
καὶ τὴν δίκελλαν ἀπολέσας ποτ᾽ ἐζήτει
μὴ τῶν παρόντων τήνδ᾽ ἔκλεψεν ἄγροικος.
ἠρνεῖθ᾽ ἕκαστος. οὐκ ἔχων δ᾽ ὃ ποιήσει,
εἰς τὴν πόλιν κατῆγε πάντας ὁρκώσων·
τῶν γὰρ θεῶν δοκοῦσι τοὺς μὲν εὐήθεις
ἀγροὺς κατοικεῖν, τοὺς δ᾽ ἐσωτέρω τείχους
εἶναί τ᾽ ἀληθεῖς καὶ τὰ πάντ᾽ ἐποπτεύειν.
ὡς δ᾽ εἰσιόντες τὰς πύλας ἐπὶ κρήνης
τοὺς πόδας ἔνιζον κἀπέθεντο τὰς πήρας,
κῆρυξ ἐφώνει χιλίας ἀριθμήσειν
μήνυτρα σύλων ὧν ὁ θεὸς ἐσυλήθη.
ὁ δὲ τοῦτ᾽ ἀκούσας εἶπεν "ὡς μάτην ἥκω·
κλέπτας γὰρ ἄλλους πῶς θεός γ᾽ ἂν εἰδείη,
ὃς τοὺς ἑαυτοῦ φῶρας οὐχὶ γιγνώσκει,
ζητεῖ δὲ μισθοῦ μή τις οἶδεν ἀνθρώπων;"

3 *Αἶγάς ποτ᾽ εἰς ἔπαυλιν αἰπόλος χρῄζων*
ἐπισυνάγειν, ὡς αἱ μὲν ἦλθον αἱ δ᾽ οὔπω,
μιᾶς ἀπειθοῦς ἐν φάραγγι τρωγούσης
κόμην γλυκεῖαν αἰγίλου τε καὶ σχίνου
τὸ κέρας κατῆξε μακρόθεν λίθῳ πλήξας.
τὴν δ᾽ ἱκέτευε "μή, χίμαιρα συνδούλη,
πρὸς τοῦ σε Πανός, ὃς νάπας ἐποπτεύει,

2, 2. *ποτ᾽* **add L** **3.** *ἄγροικος* **H,** *ἀγροίκων* **A** **Epim.** *ὅτι χρὴ ἀπιστεῖν τοῖς ὑπισχνουμένοις ὧν οὐκ εἰσὶ δεσπιστά* **(***δεσπόται***?) A**
3, 1. *αἶγά* **A** **2.** *ἐπισυνάγειν* **L,** *ἐπὶ σηκὸν ἄγειν θ᾽* **A**
5. *κατέαξε* **AB**

τῷ δεσπότῃ, χίμαιρα, μή με μηνύσῃς·
ἄκων γὰρ ηὐστόχησα τὸν λίθον ῥίψας."
ἡ δ' εἶπε "καὶ πῶς ἔργον ἐκφανὲς κρύψω;
τὸ κέρας κέκραγε, κἂν ἐγὼ σιωπήσω."

4 Ἁλιεὺς σαγήνην, ἣν νεωστὶ βεβλήκει,
ἀνείλετ'· ὄψου δ' ἔτυχε ποικίλου πλήρης.
τῶν δ' ἰχθύων ὁ λεπτὸς εἰς βυθὸν φεύγων
ὑπεξέδυνε δικτύου πολυτρήτου,
ὁ μέγας δ' ἀγρευθεὶς εἰς τὸ πλοῖον ἡπλώθη.
σωτηρία πώς ἐστι καὶ κακῶν ἔξω
τὸ μικρὸν εἶναι· τὸν μέγαν δὲ τῇ δόξῃ
σπανίως ἴδοις ἂν ἐκφυγόντα κίνδυνον.

5 Ἀλεκτορίσκων ἦν μάχη Ταναγραίων,
οἷς θυμὸν εἶναί φασιν οἷον ἀνθρώποις.
τούτων ὁ λειφθείς (τραυμάτων γὰρ ἦν πλήρης)
ἔκυπτ' ἐς οἴκου γωνίην ὑπ' αἰσχύνης·
ὁ δ' ἄλλος εὐθὺς εἰς τὸ δῶμα πηδήσας
ἐπικροτῶν τε τοῖς πτεροῖς ἐκεκράγει.
καὶ τὸν μὲν ἀετός τις ἐκ στέγους ἄρας
ἀπῆλθ'· ὁ δ' ἄλλος ἀμφέβαινε θηλείας,
ἀμείνονα σχὼν τἀπίχειρα τῆς ἥττης.
[ἄνθρωπε, καὶ σὺ μή ποτ' ἴσθι καυχήμων,

Epim. ὅτι τὰ δημοσίᾳ ἁμαρτηθέντα κατ' οὐδένα τρόπον χρὴ κρύπτειν. AB

5, 1. 2. habet S in Ταναγραῖοι ἀλεκτορίσκοι 2. οἷς φασὶν εἶναι θυμὸν ὥσπερ S 4. ἔκυπτ' ἐς Hauptius, ἐκρύπτετ' A 8. ἀμφίβαινε θηλείαις AB 9. ἔχων S in τἀπίχειρα

ἄλλου σε πλεῖον τῆς τύχης ἐπαιρούσης.
πολλοὺς ἔσωσε καὶ τὸ μὴ καλῶς πράττειν.]

6 Ἁλιεὺς θαλάσσης πᾶσαν ᾐόνα ξύων
λεπτῷ τε καλάμῳ τὸν γλυκὺν βίον ζώων
μικρόν ποτ' ἰχθὺν ὁρμιῆς ἀφ' ἱππείης
ἤγρευσεν, οὐ τῶν εἰς τάγηνον ὡραίων.
ὁ δ' αὐτὸν οὕτως ἱκέτευεν ἀσπαίρων.
"τί σοι τὸ κέρδος; ἢ τίν' ὦνον εὑρήσεις;
οὐκ εἰμὶ γὰρ τέλειος, ἀλλά με πρῴην
πρὸς τῇδε πέτρῃ φυκὶς ἐκκύει μήτηρ.
νῦν οὖν ἄφες με, μὴ μάτην ἀποκτείνῃς.
ἐπὴν δὲ πλησθεὶς φυκίων θαλασσαίων
μέγας γένωμαι, πλουσίοις πρέπων δείπνοις,
τότ' ἐνθάδ' ἐλθὼν ὕστερόν με συλλήψῃ."
τοιαῦτα μύζων ἱκέτευε κἀσπαίρων,
ἀλλ' οὐκ ἔμελλε τὸν γέροντα θωπεύσειν·
ἔφη δὲ πείρων αὐτὸν ὀξέῃ σχοίνῳ
"ὁ μὴ τὰ μικρά, πλὴν βέβαια, τηρήσας
μάταιός ἐστιν, ἂν γ' ἄδηλα θηρεύῃ."

7 Ἄνθρωπος ἵππον εἶχε. τοῦτον εἰώθει
κενὸν παρέλκειν, ἐπετίθει δὲ τὸν φόρτον
ὄνῳ γέροντι. πολλὰ τοιγαροῦν κάμνων

11. πλέον A
6, 2. τε add B 4. οὐ L, ἐκ AB ὡραῖον A 5. αὐτὸς οὗτος A 6. ἢ πόσου με πωλήσεις A. alterum habet S in ὦνος 8. ἐκκύει L, ἔκυσε A 10. θαλασσίων A 13. καὶ σπαίρων AB 15. ὀξείῃ AB 17. γ' om HL

ἐκεῖνος ἐλθὼν πρὸς τὸν ἵππον ὡμίλει
"ἄν μοι θελήσῃς συλλαβεῖν τι τοῦ φόρτου,
τάχ' ἂν γενοίμην σῷος· εἰ δὲ μή, θνήσκω."
ὁ δ' "οὐ προάξεις;" εἶπε "μηδ' ἐνοχλήσῃς."
εἷρπεν σιωπῶν, τῷ κόπῳ δ' ἀπαυδήσας
πεσὼν ἔκειτο νεκρός, ὡς προειρήκει.
τὸν ἵππον οὖν παρ' αὐτὸν εὐθέως στήσας
ὁ δεσπότης καὶ πάντα τὸν γόμον λύων
ἐπ' αὐτὸν ἐτίθει τὴν σάγην τε τοῦ κτήνους,
καὶ τὴν ὀνείην προσεπέθηκεν ἐκδείρας.
ὁ δ' ἵππος "οἴμοι τῆς κακῆς" ἔφη "γνώμης·
οὗ γὰρ μετασχεῖν μικρὸν οὐκ ἐβουλήθην,
τοῦτ' αὐτό μοι πᾶν ἐπιτέθεικεν ἡ χρεία."

8 Ἄραψ κάμηλον ἀχθίσας ἐπηρώτα
πότερ' ἀναβαίνειν μᾶλλον ἢ κάτω βαίνειν
αἱροῖτο. χὠ κάμηλος οὐκ ἄτερ μούσης
εἶφ' "ἡ γὰρ ὀρθὴ τῶν ὁδῶν ἀπεκλείσθη."

9 Ἁλιεύς τις αὐλοὺς εἶχε καὶ σοφῶς ηὔλει,
καὶ δή ποτ' ὄψον ἐλπίσας ἀμοχθήτως
πολὺ πρὸς αὐλῶν ἡδυφωνίην ἥξειν,
τὸ δίκτυον θεὶς ἐτερέτιζεν εὐμούσως.
ἐπεὶ δὲ φυσῶν ἔκαμε καὶ μάτην ηὔλει,

7, 12. post ἐτίθει add τὸν γόμον S in σάγη   13. ὀνείαν S in ὀνεία   15. οὐ γὰρ A   ἠβουλήθην AB
8, 3. χή H   Epim. ὁ λόγος εὔθετος πρὸς ἄνδρας διεστραμμένους τῆς εὐθείας ὁδοῦ ἐκκλίνοντας. AB
9, 3. ἡδυφωνείην AB   4. ἐτερέτιζεν B, ἠτέριζεν A
5. ἔκαμνε AB

βαλὼν σαγήνην ἔλαβεν ἰχθύας πλείστους.
ἐπὶ γῆς δ' ἰδὼν σπαίροντας ἄλλον ἀλλοίως,
τοσαῦτ' ἐκερτόμησε, τὸν βόλον πλύνων.
"ἄναυλα νῦν ὀρχεῖσθε. κρεῖσσον ἦν ὑμᾶς
πάλαι χορεύειν, ἡνίκ' εἰς χοροὺς ηὔλουν."
οὐκ ἔστιν ἀπόνως οὐ βαλόντα κερδαίνειν·
ὅταν βαλὼν δὲ τοῦθ' ἕλῃς ὅπερ βούλει,
τοῦ κερτομεῖν σοι καιρός ἐστι καὶ παίζειν.

10 Αἰσχρᾶς τις ἤρα καὶ κακορρύπου δούλης
ἰδίας ἑαυτοῦ, καὶ παρεῖχεν αἰτούσῃ
ἅπανθ' ἑτοίμως. ἡ δὲ χρυσίου πλήρης,
σύρουσα λεπτὴν πορφύραν ἐπὶ κνήμας,
πᾶσαν μάχην συνῆπτεν οἰκοδεσποίνῃ.
τὴν δ' Ἀφροδίτην ὥσπερ αἰτίην τούτων
λύχνοις ἐτίμα, καὶ καθ' ἡμέραν πᾶσαν
ἔθυεν ηὔχεθ' ἱκέτευεν ἠρώτα,
ἕως ποτ' αὐτῶν ἡ θεὸς καθευδόντων
ἦλθεν καθ' ὕπνους, καὶ φανεῖσα τῇ δούλῃ
"μή μοι χάριν σχῇς ὡς καλήν σε ποιούσῃ.
τούτῳ χολοῦμαι" φησὶν "ᾧ καλὴ φαίνῃ."
ἅπας ὁ τοῖς αἰσχροῖσιν ὡς καλοῖς χαίρων
θεοβλαβής τίς ἐστι καὶ φρένας πηρός.

7. ἀσπαίροντας A 9. ὀρχεῖσθαι A 11. οὐ βαλόντα L, οὐδ' ἀλύοντα AB 12. τοῦτο θέλῃς A 13. τὸ A Epim. ὁ μῦθος λέλεκται πρὸς τοὺς ματαίως παρὰ τὸ δέον τι ἐργαζομένους. AB

10, 1. σαπρᾶς vel αἰσχρᾶς σαπρᾶς, item τινὸς pro τις, pars codicum S in ἤρα κακοτρόπου S et Tyrwhitto p. 42 teste Bodleiani codicis fabula 6 inedita 2. αὐτοῦ A αἰτούσης A 5. πᾶσαν LM, πάσῃ AB 12. χολοῦμαι M, κεχόλωμαι AB 13. αἰσχροῖς A

11 Ἀλώπεκ᾽ ἐχθρὰν ἀμπέλων τε καὶ κήπων
ξένῃ θελήσας περιβαλεῖν τις αἰκίῃ,
τὴν κέρκον ἅψας καὶ λίνον τι προσδήσας
ἀφῆκε φεύγειν. τὴν δ᾽ ἐπίσκοπος δαίμων
ἐς τὰς ἀρούρας τοὐμβαλόντος ὡδήγει
τὸ πῦρ φλέγουσαν. ἦν δὲ ληίων ὥρη
καὶ καλλίπαις ἄμητος ἐλπίδων πλήρης.
ὁ δ᾽ ἠκολούθει τὸν πολὺν κόπον κλαίων,
οὐδ᾽ εἶδεν αὐτοῦ τὴν ἅλωνα Δημήτηρ.
χρὴ πρᾶον εἶναι μηδ᾽ ἄμετρα θυμοῦσθαι.
ἔστιν τις ὀργῆς νέμεσις, ἣν φυλαττοίμην,
αὐτοῖς βλάβην φέρουσα τοῖς δυσοργήτοις.

12 Ἀγροῦ χελιδὼν μάκρ᾽ ἀνεξεπωτήθη,
εὗρεν δ᾽ ἐρήμοις ἐγκαθημένην ὕλαις
ἀηδόν᾽ ὀξύφωνον· ἡ δ᾽ ἀπεθρήνει
τὸν Ἴτυν ἄωρον ἐκπεσόντα τῆς ὥρης.
ἐκ τοῦ μέλους δ᾽ ἔγνωσαν αἱ δύ᾽ ἀλλήλας,
καὶ δὴ προσέπτησάν τε καὶ προσωμίλουν.
χἡ μὲν χελιδὼν εἶπε "φιλτάτη, ζῴεις;
πρῶτον βλέπω σε σήμερον μετὰ Θρᾴκην.
ἀεί τις ἡμᾶς πικρὸς ἔσχισεν δαίμων·
καὶ παρθένοι γὰρ χωρὶς ἦμεν ἀλλήλων.

11, 2. αἰτίῃ AB 5. τοὐμβαλόντος L, τοῦ βαλόντος A et C p. 99.
6. φλέγουσαν L, φεύγουσαν A, φέρουσαν B 7. ἀμητὸς A
Epim. θυμῷ χρῆσθαι κατὰ τῶν πέλας ἀμέτρῳ καλὸν οὐκ ἔνι G p. 43
12, 1. μάκρ᾽ ἀνεξεπωτήθη L, μακρὰν ἐξεπωτήθη A, μακρὰν ἐξεποτήθη C p. 90 4. ἴτυν C, ἴτυλον AB 5. 6. om C
7. χ᾽ ἡ C, ἡ A φησί C ζώοις C 9. 10. om C

ἀλλ' ἔλθ' ἐς ἀγρὸν καὶ πρὸς οἶκον ἀνθρώπων·
σύσκηνος ἡμῖν καὶ φίλη κατοικήσεις.
[ὕπαιθρον ὕλην λεῖπε, καὶ παρ' ἀνθρώποις
ὁμώροφόν μοι δῶμα καὶ στέγην οἴκει.]
τί σε δροσίζει πηκτὸς ἔννυχος στίβη,
καὶ καῦμα θάλπει; πάντα δ' ἀγρότιν τέρπει.
ἄγε δὴ σεαυτήν, σοφὰ λαλοῦσα, μήνυσον
ὅπου γεωργοῖς κοὐχὶ θηρίοις ᾄσεις."
τὴν δ' αὖτ' ἀηδὼν ὀξύφωνος ἠμείφθη
"ἔα με πέτραις ἐμμένειν ἀοικήτοις,
καὶ μή μ' ὀρεινῆς ὀργάδος σὺ χωρίσσῃς.
μετὰ τὰς Ἀθήνας ἄνδρα καὶ πόλιν φεύγω·
οἶκος δέ μοι πᾶς κἀπίμιξις ἀνθρώπων
λύπην παλαιῶν συμφορῶν ἀναξαίνει."
παραμυθία τίς ἐστι τῆς κακῆς μοίρης
λόγος σοφὸς καὶ μοῦσα καὶ φυγὴ πλήθους·
λύπη δ', ὅταν τις οἷς ἂν εὐθενῶν ὀφθῇ,
τούτοις ταπεινὸς αὖθις ὢν συνοικήσῃ.

11. conf. 108, 15 13. 14, quos ex alia recensione esse D et M viderunt, om C p. 90. sed C p. 89 ἀηδόνι συνεβούλευε χελιδὼν τοῖς ἀνθρώποις εἶναι ὁμόροφον καὶ σύνοικον ὡς αὐτή, et p. 346 ὁμορροφεῖν. 15-17. om C 15. πηκτὸς M, νυκτὸς A στείβη A 16. ἀγρώτην A, ἀγρῶτιν B τέρπει L, τήκει AB 17. σωφρονοῦσά γ' ἵδρυσον L 18. habet C, om AB 21. 22. om C 21. ὀργάδος B, ὀρχάδος A χωρίσῃς A 23. καὶ ἐπίμιξις A, ἥ τε μίξις C 24. λύπην A et C p. 89 et 346, μνήμην C p. 90 ἀναφλέξει C p. 90 25-28. om C 27. οἷς ἂν add Bekkerus εὐσθενῶν AB 28. ὢν DM, ὧν A Epim. ὅτι συμφέρει τῷ ἠδικημένῳ πόρρω γενέσθαι τῶν εἰς ἀνάμνησιν αὐτὸν φερόντων κακῶν. AB

13 Αὔλαξι λεπτὰς παγίδας ἀγρότης πήξας
γεράνους σποραίων πολεμίας συνειλήφει.
τοῦτον πελαργὸς ἱκέτευε χωλεύων
(ὁμοῦ γὰρ αὐταῖς καὶ πελαργὸς ἡλώκει)
"οὐκ εἰμὶ γέρανος, οὐ σπόρον καταφθείρω.
πελαργός εἰμι (χἠ χρόη με σημαίνει),
πτηνῶν πελαργὸς εὐσεβέστατον ζῴων.
τὸν ἐμὸν τιθηνῶ πατέρα καὶ νοσηλεύω."
κἀκεῖνος "ὦ πελαργέ, τίνι βίῳ χαίρεις,
οὐκ οἶδα" φησίν· "ἀλλὰ τοῦτο γινώσκω,
ἔλαβόν σε σὺν ταῖς τἄργα τἀμὰ πορθούσαις.
ἀπολῇ μετ' αὐτῶν τοιγαροῦν, μεθ' ὧν ἥλως."
[κακοῖς ὁμιλῶν ὡς ἐκεῖνοι μισήσῃ,
κἂν μηδὲν αὐτὸς τοὺς πέλας καταβλάψῃς.]

14 Ἄρκτος φιλεῖν ἄνθρωπον ἐκτόπως ηὔχει·
νεκρὸν γὰρ αὐτοῦ σῶμ' ἔφασκε μὴ σύρειν.
πρὸς ἣν ἀλώπηξ εἶπε "μᾶλλον ᾑρούμην
εἰ νεκρὸν εἷλκες, τοῦ δ' ἔτ' ὄντος οὐχ ἥπτου."
ὁ ζῶντα βλάπτων μὴ νεκρόν με θρηνείτω.

Hesychius hunc ipsum, ut videtur, Hipponactis locum respiciens, *Μοιμύλλειν: θηλάζειν, ἐσθίειν.* Dixerat ista fortasse Hipponax de sene edentulo vel puero. Camandodus vel Camandolus (ita in Ciz. scribitur) agri montisve nomen fuisse videtur in Lebedensium et Colophoniorum confiniis siti. Hos enim haud dubie dicit Sextus *τοὺς ἀστυγείτονας*, cuius in verbis nescio an pro *ὁ γραμματικὸς* scribendum sit *ὁ γραμματεύς.* Res agebatur haud dubie praesentibus legatis Colophoniorum in populi concione, cui ut grammaticus aliquis interesse potuerit, tamen illud *ἐνίκα* melius in magistratum convenit, quales in Asiae civitatibus fuerunt *οἱ γραμματεῖς*, de quibus egit Van Dale Dissert. p. 425 sqq. Favet huic correctioni etiam articulus.

XLIX

Καὶ τοὺς σολοίκους, ἢν λάβωσι, περνᾶσι,
Φρύγας μὲν ἐς Μίλητον ἀλφιτεύσοντας.

Herodianus ap. Villois. An. II p. 177 et Valck. Ammon. p. 193. *σολοίκους οἱ παλαιοὶ ἔλεγον τοὺς βαρβάρους...*

Ἱππῶναξ Καὶ τοὺς κτλ. Vs. 1 habet etiam Eustathius p. 368. in. ubi non male *ἵν' ἐθέλουσιν*. Vs. 2 *ἐς* pro *εἰς* Bergkius.

L

Ἐγὼ δὲ δεξιῷ παρ' Ἀρήτην
κνεφαῖος ἐλθὼν ῥῳδιῷ κατηυλίσθην.

Herodianus dict. sol. p. 18, 10. *σημειωτέον ἐρῳδιός ὀξυνόμενον, ὅπερ ἔχει πρὸς τὸ (τῷ) ω̄ καὶ τὸ ῑ γραφόμενον. λέγεται δὲ ἔσθ' ὅτε καὶ τρισυλλάβως, ὥσπερ καὶ τὸ παρ' Ἱππώνακτι Ἐγὼ δὲ δεξιῷ παρὰ ῥητὴρ κναιφέως ἐλθὼν ῥῳδιῷ κατηυλίσθην.* Emendavit Schneidewinus Symb. crit. p. 107. nisi quod ex Cram. An. Ox. I p. 440, 2. ubi verba *ῥόδην συνηυλίσθην* ex Hipponacte afferuntur, *συνηυλίσθην* scripsit, pro quo Herodianus et Etym. M. p. 380, 40, ubi vs. 2 servatus est recteque *κνεφαῖος* scriptum est, habent *κατηυλίσθην*. Ceterum confer fragm. 62.

LI

Ἐκ πελλίδος πίνοντες· οὐ γὰρ ἦν αὐτῇ
κύλιξ, ὁ παῖς γὰρ ἐμπεσὼν κατήραξεν.

Athenaeus XI p. 495 c. *τοῦτο (τὴν πέλλαν) Ἱππῶναξ λέγει πελλίδα Ἐκ πελλίδος κτλ. δῆλον, οἶμαι, ποιῶν ὅτι ποτήριον μὲν οὐκ ἦν, δι' ἀπορίαν δὲ κύλικος ἐχρῶντο τῇ πελλίδι.*

LII

Ἐκ δὲ τῆς πέλλης
ἔπινον ἄλλοτ' αὐτός, ἄλλοτ' Ἀρήτη
προὔπινεν.

Athenaeus l. l. καὶ πάλιν Ἐκ δὲ τῆς πέλλης κτλ. Correxi vulgatam distinctionem ἐκ δὲ τῆς πέλλης ἔπινον, ἄλλοτ' αὐτός — quod interpretantnr *ex pella bibebant*. Atqui neque asyndeton ferendum est, nec de alio, sed de se ipso loqui poetam ex fragm. 50. intelligitur.

LIII

Ὁ δ' ἐξολισθὼν ἱκέτευε τὴν κράμβην
τὴν ἑπτάφυλλον, ᾗ θύεσκε Πανδώρῃ
Ταργηλίοισιν ἔγχυτον πρὸ φαρμακοῦ.

Athenaeus IX p. 370 a. μήποτε ὁ Νίκανδρος μάντιν κέκληκε τὴν κράμβην, ἱερὰν οὖσαν, ἐπεὶ καὶ παρ' Ἱππώνακτι ἐν τοῖς ἰάμβοις ἐστί τι λεγόμενον τοιοῦτο Ὁ δ' ἐξολισθὼν κτλ. Non recte Bergkius haec de puero interpretari videtur Fragm. 51. memorato, ubi quae de fracto poculo leguntur, obiter narrationi interposita videntur. Vs. 3 Ταργηλίοισιν Schneidewinus. Vulgo Θαργηλίοισιν. Cod. P Γαργηλίοισιν. Ibid. pro φαρμάκου recte Schneidewinus φαρμακοῦ.

LIV

Ἀπό σ' ὀλέσειεν Ἄρτεμις, σὲ δὲ κὠπόλλων.

Tzetzes Exeg. Il. p. 83, 25. ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν ὑπέρβατον. ἔστι δὲ τοῦτο Ἰωνικόν, ὡς καὶ Ἱππῶναξ Ἀπό σ' ὀλέσειεν κτλ. Idem apud Cram. An. Ox. III p. 310, 17. στίχοι Ἱππώνακτος τρισυλλάβους ἔχοντες τοὺς παραλήγοντας πόδας Ἀπό σ' ὀλέσειεν κτλ. De anapaesto fallitur scriptor, qui vitioso codice usus videtur. Hipponax forsan scripserat Ἀρτεμίς τε κὠπόλλων, sive malis σὲ δ' ὠπόλλων.

LV

Παρ' ᾧ σὺ λευκόπεπλον ἡμέρην μείνας
πρὸς μὲν κυνήσειν τὸν Φλυησίων Ἑρμῆν.

Tzetzes Exeg. Il. p. 83, 28 de tmesi dicens: καὶ ἀλλαχοῦ Ἱππῶναξ Παρ' ᾧ σύ κτλ. Non male Bergkius Comment. crit. I p. 19 haec ad idem carmen referre videtur, ex quo fr. 13 desumptum est. Vs. 2 Welckerus κυνήσεις. Aut hoc aut κύνησον verum videtur. In sequentibus Bergkio aut Φλυήσιον Ἑρμείην aut Φλυήσιόν θ' Ἑρμῆν scribendum videtur, propter Hesychium: Φλυήσιος ὁ Ἑρμῆς καὶ μήν τις. Prius propter metrum fieri non potest. Mihi non incredibile videtur inter Athenienses, qui Androcli ductu et auspiciis Ephesum commigrarunt, praeter Euonymienses, de quibus e Stephano Byz. v. Βέννα constat, fuisse etiam Phlyenses, a quibus postea pagi Ephesiaci cives Phlyesii appellari potuerunt. Hi igitur eximio honore Mercurium colebant, qui pari iure ὁ Φλυήσιος Ἑρμῆς et ὁ Φλυησίων Ἑρμῆς dici potuit. De Mercurii cultu apud Ephesios qui nuper dicere instituit Ernestus Guhl in docto libello Ephesiacorum p. 126. pauca de multis, quae dici poterant, attulit.

LVI

Συκέην μέλαιναν, ἀμπέλου κασιγνήτην.

Athenaeus III p. 78 b. ταύτας Ἀμαδρυάδας νύμφας καλεῖσθαι καὶ ἀπ' αὐτῶν πολλὰ τῶν δένδρων προσαγορεύεσθαι, ὅθεν καὶ τὸν Ἱππώνακτα φάναι Συκέην κτλ. συκέην pro συκῆν Schneidewinus.

LVII

Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἡσυχῇ τε καὶ ῥύβδην
θύνναν τε καὶ μυττωτὸν ἡμέρας πάσας
δαινύμενος, ὥσπερ Λαμψακηνὸς εὐνοῦχος,
κατέφαγε δὴ τὸν κλῆρον, ὥστε χρῇ σκάπτειν
πέτρας τ᾽ ὀρείας σῦκα μέτρια τρώγων
καὶ κρίθινον κόλλικα, δούλιον χόρτον.

Athenaeus VII p. 304 b. *Ἱππῶναξ δέ, ὡς* (leg. *ὃν*) *Λυσανίας . . . παρατίθεται, φησὶν Ὁ μὲν γάρ κτλ.* Vs. 1 vulgo *ῥύδην.* Correxit Bergkius. Vs. 4 *κλῆρον* Dalecampius. libri *σκληρόν.* Ibid. pro *χρή* scripsi *χρῇ,* ut nominativus *τρώγων* in sequenti versu intelligi possit. Ita non opus est ut post *σκάπτειν* lacuna indicetur, quod fecere Gaisfordus et Schneidewinus. De *χρῆν* i. e. *χρήζειν* v. Dindorfium ad Sophoclis Antig. 887. Bergkium Comment. de ant. com. p. 135. Vs. 5 scribendum videtur *πέτρης ὀρείης σῦκα μέτρια τρώγων.* Ionicis formis alias quoque sive Athenaeus sive librarii communes formas substituerunt. Ac coniunxit illa *πέτρας ὀρείας σῦκα* recteque interpretatus est iam Erfurdtus, qui praeterea scribi voluit *πέτρας τ᾽ ὀρείας σῦκα μέτρια τρώγειν.* Vulgo *πέτρας ὀρείας* cum *σκάπτειν* coniungunt; at quid sit *rupes fodere* non intelligitur. Ceterum his versibus connectendum videtur sequens fragmentum, id quod iam Schneidewinus suspicatus est.

LVIII

Οὐκ ἀτταγᾶς τε καὶ λαγὼς καταβρύκων,
οὐ τηγανίτας σησάμοισι φαρμάσσων,
οὐδ᾽ ἀττανίτας κηρίοισιν ἐμβάπτων.

Athenaeus XIV p. 645 c. τοῦ ἀτταγίτου Ἱππῶναξ ἐν τούτοις μνημονεύει Οὐκ ἀτταγᾶς κτλ. Primus versus etiam IX p. 388 b. ubi διατρώγων pro καταβρύκων. Praeterea nescio an λαγοὺς praestet ionica forma.

LIX *

Ἐς ἄκρον ἕλκων ὥσπερ ἀλλᾶντα ψύχων.

Hephaestio p. 31. ἔσθ' ὅτε καὶ σπονδεῖον (χωλίαμβος δέχεται τὸν παραλήγοντα πόδα), ὅτε καὶ παχύτερον γίνεται, ὡς τό Εἰς ἄκρον κτλ. Habet etiam Schol. Heph. p. 169. Tres codd. et Flor. ἥκων pro ἕλκων.

LX *

Ἀναξίβιος ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ.

Plotius de metris p. 273. *clodum Hipponactium trimetrum acatalectum fit hoc modo, cum tertii pedis quatuor syllabae sunt longae, ut est exemplum hoc* Ἀναβιῶσα ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ. Pro ἀναβιῶσα scripsi Ἀναξίβιος. Praeterea forsan praestat ἀκμῆτι.

LXI *

Ἀνὴρ ὅδ' ἑσπέρης καθεύδοντα
χλούνην ἀπ' ὦν ἔδυσε.

Schol. Ven. Homeri Il. ι 539. χλούνην οἱ μὲν ἀφριστήν . . . ἄλλοι δὲ κακοῦργον. καὶ γὰρ τῶν ἀρχαίων ἰαμβοποιῶν τινα φάναι Ἀνὴρ ὅδ' ἑσπέρης καθεύδοντα ἄπουν ἔδησε χλούνην. Hermannus Opusc. V p. 10 ἄνδρα δ' ἑσπέρης καθεύδοντα ἀπ' οὖν ἔδυσε χλοῦνις. Sane

grassatores facilius alios expilant quam ipsi expilantur; sed tamen et alterum fieri potuit; ac videtur poeta audaciam laudare hominis, qui maleficum istum λωποδύτην vestibus exuisset. Dubia item nulloque exemplo firmata est forma χλοῦνις. Quare satius duxi χλούνην transponere. Cetera optime emendavit Hermannus, nisi quod praeeunte Schneiwino ὦν scripsi pro οὖν.

LXII *

Ἐγὼ μέν, ὦ Λεύκιππε, δεξιὴ σίττη.

Didymus apud Schol. Aristoph. Av. 704. ἡ σίττη καὶ εἴ τι τοιοῦτον ὄρνεον δεξιὰ πρὸς ἔρωτας φαίνεται. ἐγὼ μὲν ὦ Λεύκιππε, δεξιὴ σίττη. Dübnerus "ὦ Λεύκιππε Bentleius. Legebatur ὡς Λευκίππη (λευκίπη V.). ὦ Λευκίππη Suidas s. Ἀεὶ τοῖς. Versus haud dubie Hipponactis." Id ego quoque conieceram et utroque nostrum prior Hemsterhusius ad Callim. fragm. 173. Etiam supra idem scholiastes Hipponactis versum (fragm. 37) omisso auctoris nomine affert. Praeterea scribendum videtur δεξιῇ σίττῃ. Cfr. Fragm. 50. ἐγὼ δὲ δεξιῷ παρ' Ἀρήτην κνεφαῖος ἐλθὼν ῥῳδιῷ κατηυλίσθην. De augurio quod amantibus facit haec avicula etiam Callimachi verba apud Etym. M. v. ἠλεός intelligenda sunt: ὁ δ' ἠλεὸς οὔτ' ἐπὶ (οὐδέ τι) σίττην βλέψας. Leucippus forsan amicus poetae fuit, cui amores suos in hoc carmine narraverit. Nescio tamen an alia coniectura praestet. Suspicor enim Hipponactem in carmine, ex quo ille versus petitus est, Leucophrynae et Leucippi amores tractasse. Rem narrat ex Hermesianactis

Acontio Parthenius Erot. 5. Nimirum Leucippus Creta profugus quum in Ephesiacum agrum delatus oppidum quoddam, cui postea Cretinaeo nomen a victoribus impositum est, obsideret, Leucophryne, Mandrolyti filia, Leucippi amore capta patriam hostibus prodidit. Itaque in Hipponactis versu Leucophrynes verba audire mihi videor, felici Veneris augurio (δεξιῇ σίττῃ) sese patria urbe relicta in hostium castra venisse vel simile quid dicentis. De Cretinaeo autem non eadem omnes tradebant. Alii enim Mandrolyti filium, cui Mandrae nomen, urbem illam Magnesiis, a quibus eam Ephesii expugnaverant, vino aleaeque intentum rursum vendidisse narrabant. Indicari haec videntur a Plutarcho Prov. I. 57. *Ταχύτερον ὁ Μάνδρης κρητίνας ἀπεπέρασεν: Ἐφέσιοι κρητίνας ἐκτήσαντο τὰς Μαγνήτων. ἀπεπέρασε δέ σφι Μάνδρης ὁ Μανδρολύτου παρ᾽ οἶνον καὶ μέθην καὶ κυβείην.* Haec quo spectent aut quid *κρητίνας* sibi velit intelligere se negant doctissimi paroemiographorum editores Gottingenses. Mihi non dubium est quin idem quod Parthenius exposuit facinus intelligendum sit. Cretinae Plutarchi non diversae a Cretinaeo Parthenii. Proverbium autem illud non intelligi potest nisi ita refingas: *ταχύτερον ἢ Μάνδρης Κρητίνας ἀπεπέρασεν.* Quibus quae subiiciuntur, non ipsius Plutarchi sed ionici scriptoris verba esse, formae *σφι* et *Μάνδρης* et vero verbum *ἀπεπέρασε* docet. Eandem ob causam pro *κύβην*, quod vulgo legitur, non *κυβείαν* scripsi, sed *κυβείην*. Ceterum Leucophrynen non diversam existimo ab ea, cuius sepulcrum Magnesii ostendebant in templo Dianae Leucophryenae. V. Buttmanni Mythol. II p. 133.

LXIII LXIV

Βολβίτου κασιγνήτην. Σηπίης ὑπόσφαγμα.

Etym. M. p. 204, 28. *Βόλβιτον . . . βόλιτον δὲ Ἴωνες οἵ τε ἄλλοι καὶ Ἱππῶναξ οἷον Βολβίτου κασιγνήτην.* Cfr. Antiatt. p. 86. — Athenaeus VII p. 324 a. *Ἱππώνακτος δ' ἐν τοῖς ἰάμβοις εἰπόντος σηπίης ὑπόσφαγμα, οἱ ἐξηγησάμενοι ἀπέδωκαν τὸ τῆς σηπίας μέλαν· ἔστι δὲ τὸ ὑπόσφαγμα, ὡς Ἐρασίστρατός φησιν ἐν Ὀψαρτυτικῷ, ὑπότριμμα.*

LXV LXVI

Πασπαληφάγον γρόμφιν. Δηὸν ἀθρήσας.

Photius Lex. p. 401, 9. *Πασπάλη τὸ τυχόν, οἱ δὲ κέγχρον, οἱ δὲ τὰ κέγχρινα ἄλευρα. Ἱππῶναξ πασπαληφάγον γρόμφιν.* — Grammaticus Crameri An. Ox. I p. 265. *τὸ λαὸς ἄτρεπτον ἔμεινε παρ' Ὁμήρῳ καίτοι τῇ μεταγενεστέρᾳ Ἰάδι τραπέν. Δηὸν ἀθρήσας Ἱππῶναξ.* Videtur clausula scazontis esse. Schneidewinus *ἀθροίσας.* At quid impedit quo minus aliquis populum conspicatus esse dicatur?

LXVII

Athenaeus IX p. 375 a. *καὶ Ἱππῶναξ δὲ ἔφη ὡς Ἐφεσίη δέλφαξ.* Bergkius *Ἐφεσηίη.* Ita sane Anaxilas Com. gr. III p. 345 dicit *Ἐφεσήια γράμματα καλά.* At metro id non satis commodum est. Forsan *ὥσπερ* (*ὡς ἂν*) *Ἐφεσίη δέλφαξ,* ut sit scazontis clausula.

LXVIII

Grammaticus Aldi Hort. Adon. p. 268 b. *οἱ δὲ Ἴωνες αὐτὴν (τὴν αἰτιατικὴν) εἰς οῦν ἐποίουν, Σαπφοῦν καὶ*

Λητοῦν . . . ὁμοίως παρ' Ἱππώνακτι π ῶ ς π α ρ ὰ Κυ-φ ο ῦ ν ἦ λ θ ε. Corrigunt *κῶς παρὰ Καλυψοῦν ἦλθε.* At *Κυφὼ* recte formatum nomen est, ut *Γοργὼ Μορμὼ* alia. Metro pluribus modis satis fieri potest.

LXIX

Erotianus v. *μαρίλη* p. 254. *ἡ θερμοσποδία μαρίλη λέγεται . . . ὡς καὶ Ἱππῶνάξ φησι π ο λ λ ὴ ν μ α ρ ί-λ η ν ἀ ν θ ρ ά κ ω ν.*

LXX

Καὶ δικάσσασθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέος κρέσσον.

Strabo XIV p. 636. *ἐκ Πριήνης ἦν Βίας, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, περὶ οὗ φησιν οὕτως Ἱππῶναξ, Καὶ δικάσσασθαι κτλ.* Diogenes Laert. I, 84. *λέγεται* (Bias) *καὶ δίκας δεινότατος γεγονέναι εἰπεῖν. ἐπὶ ἀγαθῷ μέντοι τῇ τῶν λόγων ἰσχύι προσεχρῆτο . . . καὶ Ἱππῶναξ ἃ καὶ δικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρεῖσσον.* Descripsit ex Diogene Eudocia p. 93 et Suidas v. *Βίαντος*, qui *ἃ καὶ* omittit, at habet Eudocia. Forsan *πρώτῳ. δικάσσασθαι* Schneidewinus, *δικάσασθαι* Strabo, *δικάζεσθαι* reliqui. *Πριηνέος* Suidae cod. E pro *Πριηνέως. κρέσσον* codd. Strab. *κρεῖσσον* Eud. duo codd. Suidae et Diogenes. *κρείσσων* Suidas. *κρέσσων* Schneidewinus.

LXXI

Κυπρίων βέκος φαγοῦσι κάμαθουσίων πυρῶν.

Strabo VIII p. 340. de usu quodam particulae *καί* disserens: *χρῶνται δὲ καὶ οἱ νεώτεροι. Ἱππῶναξ Κυπρίων . . .*

πυρῶν. Κύπριοι γὰρ καὶ οἱ Ἀμαθούσιοι. Cfr. Eustath. ad Hom. Il. *β'* 625.

LXXII

Λάβετέ μου ταἰμάτια, κόψω Βουπάλου τὸν ὀφθαλμόν.

Suidas, *Βούπαλος: ὄνομα . . . παρὰ Ἱππώνακτι Λάβετέ μου κτλ.* Transscripsit haec Suidas ex integriore exemplari Schol. Aristoph. Lys. 360. *εἰ νὴ Δί' ἤδη τὰς γνάθους τούτων τις ἢ δὶς ἢ τρὶς ἔκοψεν ὥσπερ Βουπάλου, φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον.* Recte haec Bergkius cum proximo fragmento videtur coniunxisse. Idem praeeunte Schneidewino *θαἰμάτια,* sive *ταἰμάτια.* Vulgo *θοἰμάτιον.* Pro *Βουπάλου* Suidas *Βουπάλῳ* affert s. v. *κόπτων,* quod iniuria, ut mihi quidem videtur, praefert Schneidewinus.

LXXIII

Ἀμφιδέξιος γάρ εἰμι κοὐχ ἁμαρτάνω κόπτων.

Erotianus v. *ἀμφιδέξιος . . . ὁμοίως καὶ ὁ Ἱππῶνάξ φησι Ἀμφιδέξιος κτλ.* Eadem fere in Gloss. Galeni p. 430 Fr. et docente Valcken. ad Eurip. Hipp. 780 apud Galenum in Hipp. Aphor. V p. 322. utrobique deficiente voce *κόπτων. Welcker.*

LXXIV

Οἱ δ' ἐμεῦ γ' ὀδόντες ἐν τῇσι γνάθοις κεκινέαται.

Grammaticus Crameri An. Ox. I p. 288. de *κεκινέαται* pro *κεκίνηνται* dicens: *καὶ παρ' Ἱππώνακτι Οἱ δέ μεν ὀδόντες ἐν τοῖσι γνάθοις κεκίνεαται.* Correxit Bergkius, nisi praestat *τοῖσι γναθμοῖς.* Videntur lamentantis Bupali verba

esse. Ad *κεκινέαται* respexisse Etym. M. v. *μεμετρέαται*, sed ut exciderit Hipponactis testimonium, monuit Bergkius.

LXXV

Ἐκτίλλοι τις αὐτοῦ τὴν τράμιν ὑποργάσαι.

Erotianus p. 360 Fr. *τράμιν τὸν ὄρρον, ὅνπερ καὶ ὑποταύριον καλοῦμεν, ὡς καὶ Ἱππῶναξ φησιν Ἐκτίλλοι τις αὐτοῦ τὴν τράμιν ὑποργάσαι.* Cod. D *ἐξτίλλοι*. Friedemannus de med. syll. pent. p. 367 *τράμην ὑποργήσας*. Quod non displicet. Apud Herodot. IV, 64 *ὀργήσας* esse videtur idem quod *δεψήσας, μαλάξας*. Cfr. Hesychius *Ὑποργηθεῖσα: ὑποχρισθεῖσα.* Quae incertum est utrum ad *ὀργάω* an ad *ὀργέω* revocanda sint. At tamen ambiguus et nequaquam certus huius verbi usus est. Forsan igitur *ὑποργάσσας* scribendum, vel si versus e genere non claudorum fuit, *ὑποργάσας*. Bergkius *ὑπουργήσας*. Praeterea nec *τράμη* aliunde cognitum est et *ἐκτίλλειν* minus aptum videtur quam *τίλλειν*, ac quum in cod. D scriptum sit *ἐξτίλλοι*, probabile est inter *ἐξ* et *τίλλοι* aliquid excidisse; exempli caussa pono *ἑξάκις* (*ἑπτάκις*) *τίλλοι τις αὐτὸν τὴν τράμιν θ' ὑποργάσσαι.* Supra fragm. 7. *ἑπτάκις ῥαπισθείη.*

LXXVI *

Μητροτίμῳ δηῦτέ με χρὴ τῷ σκότῳ δικάζεσθαι.

Hephaestio p. 34. *τοῦτο τὸ τετράμετρον γίνεται καὶ χωλόν, τοῦ παρατελεύτου ποδὸς σπονδείου γενομένου, οἷόν ἐστι καὶ τό Μὴ προτίμα δῆτ' · ἐμὲ χρὴ τῷ σκότῳ δικάζεσθαι.* Eodem modo haec scripta sunt apud Schol. Heph. p. 178. sententia mirifice obscurata. Correxi ex opti-

mis libris apud Gaisfordum. Est initium Iambi in Metrotimum scripti. Eum hominem vocat *σκότον*, *tenebrionem*, ut supra fragm. 36, 2 *ἵν' ἔρπιν ὁ σκότος καπηλεύει*. Non dubium est quin sit Hipponactis.

LXXVII

Ἄπολλον ὅς κου Δῆλον ἢ Πύθων' ἔχεις
ἢ Νάξον ἢ Μίλητον ἢ θείην Κλάρον,
ἵκου καθ' ἱέρ' ἢ Σκύθας ἀφίξεαι.

Aristophanes Ran. 659. *ΔΙ. Ἄπολλον ὅς κου Δῆλον ἢ Πύθων' ἔχεις. ΞΑΝΘ. ἤλγησεν, οὐκ ἤκουσας; ΔΙ. οὐκ ἔγωγ', ἐπεὶ ἴαμβον Ἱππώνακτος ἀνεμιμνησκόμην.* ubi Schol. *ὡς ἀλγήσας καὶ συγκεχυμένος οὐκ οἶδε τί λέγει, ἐπεὶ οὐχ Ἱππώνακτος, ἀλλ' Ἀνανίου. ἐπιφέρει δὲ ὁ Ἀνανίας Ἢ Νάξον ἢ Μίλητον κτλ.* De hoc dissensu optime iudicavit Welckerus p. 76. Vs. 1 scripsi *κου* et 2 *θείην* pro *που* et *θείαν*. Vs. 3 cod. *Θ ἱερόν*. Scribendum videtur *ἱκεῦ κατ' ἱρὰ πρὶν Σκύθας ἀπίξεαι.* Certe edita lectio neque propter *ἤ* ferri potest, neque propter mensuram vocis *ἱερός*, cuius prima syllaba non videtur produci posse nisi in pede dactylico.

LXXVIII

Ὀλίγα φρονεῦσιν οἱ χάλιν πεπωκότες.

Tzetzes ad Lyc. 579. *Χάλις καὶ ἔρπις ὁ οἶνος . . . Ἱππωνάκτειοι δέ εἰσιν αἱ λέξεις. φησὶ γάρ Ὀλίγα κτλ.* Voce *ἔρπις* usus est Hipponax fr. 36, 2. Idem Tzetzes ad Hesiod. Opp. 336. *ἐνίοτε καὶ θυμὸν ἐπάγει* (*ὁ οἶνος*), *ὡς καὶ Ἱππῶναξ Ὀλίγα κτλ.* *φρονεῦσιν* pro *φρονοῦσιν* Schneidewinus.

LXXIX

Ἀφέω
τοῦτον τὸν ἑπτάδουλον . . .

Eustathius ad Hom. p. 1542, 50. *τρίδουλος καί που . . . τρίπρατος. Ἱππῶναξ δὲ ὑπερβὰς τοῦτό φησιν Ἀφέω τοῦτον τὸν ἑπτάδουλον.* Respicit idem p. 725, 35. *Ἱππῶναξ δὲ τὸν τρία ὑπεραναβὰς ἀριθμὸν ἑπτάδουλον ἔφη τινά.* Hipponax forsan Nicyrtam ita dixerat. V. ad fragm. 34, 5.

LXXX

Λαιμώσσει δέ σου
τὸ χεῖλος . . . . ὡς ἐρῳδιοῦ.

Schol. Nicandri Ther. 470. *Λαιμώσσων ἀντὶ τοῦ πεινῶν καὶ Ἱππῶναξ Λαιμώσσει κτλ.* Ita Schneiderus e codd. Olim *ὡς Ἡρώδου.*

LXXXI

Κρέας ἐκ μολοβρίτου συός.

Eustathius ad Hom. p. 1817, 20. *ἐπάγει* (Aristophanes grammaticus) *ὡς καὶ Ἱππῶναξ τὸν ἴδιον υἱὸν μολοβρίτην λέγει ἐν τῷ Κρέας ἐκ μολοβρίτου συός.* Eustathii errorem notavit Welckerus p. 90. afferens Aelian. H. A. VII, 47. *ἀκούσαις δ' ἂν τοῦ Ἱππώνακτος καὶ αὐτὸν τὸν ὗν μολοβρίτην που λέγοντος.* Pro *κρέας* forsan *κρεῖας.* Recte Bergkius et hoc et praecedentia fragmenta (79. 80.) ad trimetros puros revocasse videtur, quamquam fr. 79 etiam ita digeri potest ut verba *ἀφέω τοῦτον* ultimum scazontis locum occupent. Eiusdem metri versus quos Stobaeus Flor. 72, 5 Hipponacti tribuit, non huius sed comici poetae esse docui Com. gr. IV p. 714.

E lyricis carminibus.

LXXXII

Εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα.

Hephaestio p. 30. τετράμετρα δὲ (ἰαμβικὰ κατάληκτα) ὡς τὸ τοῦ Ἱππώνακτος *Εἴ μοι γένοιτο κτλ.* Cfr. Schol. Hephaest. p. 168. et Etym. M. p. 26, 55. *Bergkius.*

LXXXIII

Καὶ κνίσῃ τινὰ θυμιήσας.

Hephaestio p. 56. δίμετρον δὲ (ἀντισπαστικὸν) ἀκατάληκτον, τὸ καλούμενον Σαπφικὸν ἐννεασύλλαβον ἢ Ἱππωνάκτειον οἷον *Καὶ κνίσῃ τινὰ θυμιήσας.* Cod. Turn. θωμηίσας.

LXXXIV

Ὁ Κιθαιρὼν Λυδίοισιν ἐν χοροῖς βακχῶν.

Plotius de metris p. 273 *Amphicolum Hipponactium* (trimetrum acatalectum) *clodum fit hoc modo, cum ex utraque parte iambici metri prima et novissima clodum sit metrum . . . quale hoc est exemplum ΟΚΙΕΛΡΡΩ ΝΛΙΔΙΟΙΟΣΙΝ* ἐν χοροῖς βακχῶν. Cod. *ΟΚΙΟΛΡΡΟΝ ΛΙΔΙΟΙCΙΝΕC ΧΟΡΟΙC ΒΛΧΧΩΝ.* Ὁ Κιθαιρὼν Emperius Mus. Rhen. 1841 p. 457, *Λυδίοισιν* vir doctus apud Gaisfordum restituit. Apertum est metricos non intellexisse huius versus rationem, cuius numeros lyricos esse ab ionico minori incipientes neminem latebit.

LXXXV

Ἑρμῆ μακάρταθ', ὃς καθ' ὕπνον οἶδας ἐκρήσσειν.

Plotius de metris p. 275. *Tetrametrum clodum bra-*

chycatalectum, quod et ἐπισκάζον trimetrum nuncupatur, fit hoc modo, cum quartus pes debens esse trisyllabus, duas habeat syllabas, ideo brachycatalectus Ἑρμῆ κτλ. Cod. *ΕΡΜΕ ΜΑΚΑΡΚΑΤΠΤΝΟΝΟΙΔΑ CET☰HCCENI.* Scribendum videtur Ἑρμῆ μάκαρ, τὺ γὰρ (τὺ καὶ) κατ' ὕπνον οἶδας ἐγρήσσειν. Quamquam magis placeret sententia, quam Homerus expressit τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. Num igitur κάτυπνον scribendum et ἐγρήσσειν activa potestate accipiendum? At potest ille versus etiam in hunc modum conformari Ἑρμῆ μάκαρ, τὺ γὰρ κάτυπνον οἶδας ἐκπρήσσειν, *tu dormientem interficere nosti*, ut Argi necem, quem somno sepultum Mercurius interfecit, poeta respexerit. De ἐκπράσσειν confer Sophoclem OC. 1065 οὐ γάρ τις αὐτὸν κεραυνὸς ἐξέπραξεν. Lyricis fragmentis hunc versum adieci, quoniam Iambos Hipponax hoc metro non videtur condidisse. Iisdem numeris usus est Sophocles Oed. R. 1333 ἔπαισε δ' αὐτόχειρ νιν οὔτις, ἀλλ' ἐγὼ τλάμων. Cfr. ad Hippon. fr. 2.

LXXXVI

Οἱ θεοί τ' ἄποινα Ταντάλῳ δόντες.

Plotius de metris p. 280. *Trimetrum catalecticum clodum est tale, quale superius, sed penultima syllaba longa pro brevi* Οἱ θεοί τ' ἄποινα Τ. δόντες. Ita Putschius. Cod. τὰ λοιπά pro τ' ἄποινα.

LXXXVII

Plotius de metris p. 293. *Ionicum maius dimetrum brachycatalectum clodum Hipponactium fit spondeo clodum et una syllaba, ideo brachycatalectum, ut πισσενταςάντης*. Cod. *ΠΙCΗΝΠΑCΑΝΤΗC*. Forsan *Πίσην παρ' αὐτήν*.

E parodiis

LXXXVIII

Μοῦσά μοι Εὐρυμεδοντιάδεα τὴν παντοχάρυβδιν,
τὴν ἐγγαστριμάχαιραν, ὃς ἐσθίει οὐ κατὰ κόσμον,
ἔννεφ', ὅπως ψηφῖδι κακῇ κακὸν οἶτον ὄληται,
βουλῇ δημοσίῃ παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.

Athenaeus XV p. 698 b. e Polemone: *εὑρέτην μὲν οὖν τοῦ γένους* (parodici) *Ἱππώνακτα φατέον τὸν ἰαμβοποιόν, λέγει γὰρ οὕτως ἐν ἑξαμέτροις Μοῦσά μοι κτλ*. Vs. 1 cod. A. *ευρυμεδοντι α δεα*. Correxit Dobraeus. Ib. *παντοχάρυβδιν* Bergkius. Libri *ποντοχάρυβδιν*.

LXXXIX

Eustathius ad Hom. p. 1397, 26. *πάντα τὰ πανουργήματα διὰ τὴν ἐν σκιραφείοις ῥᾳδιουργίαν σκίραφοι ἐκαλοῦντο. Ἱππῶναξ Τί με σκιράφοις ἀτιτάλλεις;* Haec recte huc rettulit Bergkius.

ANANIUS

I

Εἴ τις καθείρξαι χρυσὸν ἐν δόμοις πολλὸν
καὶ σῦκα βαιὰ καὶ δύ' ἢ τρεῖς ἀνθρώπους,
γνοίη χ' ὅσον τὰ σῦκα τοῦ χρυσοῦ κρέσσω.

Athenaeus III p. 78 f. *καὶ Ἀνάνιος δ' ὁ ἰαμβοποιὸς ἔφη Εἴ τις καθείρξαι κτλ.* Hipponacti assignavit Stobaeus Flor. 97, 12. ubi Grotius Ananii nomen substituit. Vs. 2 *καθεῖρξαι* ABP, *καθείρξει* Stob. Forsan *κατείρξαι.* Ib. *πολλὸν* VL, *πολὺν* ABP et Stobaeus. Vs. 2 *καὶ* post *βαιά* om. Stobaeus. Vs. 3 *γνοίη χ' ὅσον τά* Athen. nisi quod P *γνοίη θ' ὅσσο τά.* Stob. *γνῴη σχάσοντας,* ubi cod. B *γνῴη χ' ὅσῳ τά.* An *κ' ὅσον?* Ib. *κρέσσω* Athen. et B Stobaei. Vulgo ap. Stob. *κρείσσω,* at cod. A *κρεῖσσον.* Grotius *κρέσσον.*

II

Καί σε πολλὸν ἀνθρώπων
ἐγὼ φιλέω μάλιστα ναὶ μὰ τὴν κράμβην.

Athenaeus IX p. 370 b. *Νίκανδρος μάντιν κέκληκε τὴν κράμβην ἱερὰν οὖσαν . . . . καὶ Ἀνάνιος δέ φησι Καί σε πολλόν κτλ.*

III

Ἔαρι μὲν χρόμιος ἄριστος, ἀνθίης δὲ χειμῶνι,
τῶν καλῶν δ' ὄψων ἄριστον καρὶς ἐκ συκέης φύλλου.
ἡδὺ δ' ἐσθίειν χιμαίρης φθινοπωρισμῷ κρεῖας,
δέλφακος δ', ὅταν τραπέωσι καὶ πατέωσιν, ἐσθίειν.
καὶ κυνῶν αὔτη τόθ' ὥρη καὶ λαγῶν κἀλωπήκων.

ὄϊος αὖθ᾽, ὅταν θέρος τ᾽ ᾖ κἠχέται βαβράζωσιν.
εἶτα δ᾽ ἐστὶν ἐκ θαλάσσης θύννος οὐ κακὸν βρῶμα,
ἀλλὰ πᾶσιν ἰχθύεσσιν ἐμπρεπὴς ἐν μυττωτῷ.
βοῦς δὲ πιανθείς, δοκέω μέν, καὶ μεσέων νυκτῶν ἡδύς
κἠμέρης.

Athenaeus VII p. 282 b. Ἀνθίας, κάλλιχθυς. τούτου μέμνηται Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας γάμῳ. „Καὶ ξιφίας χρόμις θ᾽ ὃς ἐν τῷ ἦρι καττὸν Ἀνάνιον Ἰχθύων πάντων ἄριστος, ἀνθίας δὲ χείματι.“ Λέγει δὲ Ἀνάνιος οὕτως Ἔαρι μὲν κτλ. Vs. 1 ἀνθίης pro ἀνθίας Schneidewinus. Vs. 2 ὄψων add L. Vs. 3 χιμαίρης Heringa Observ. p. 177. Vulgo χειμερίς, A χιμερῆς. κρεῖας pro κρέας Hermannus. Ibidem φθινοπωρισμῷ prima producta insolens est, de quo admonui Com. gr. III p. 403. ubi tentabam φθινοοπωρισμῷ. Vs. 4 pro ἐσθίειν Bergkius ἥδιστον. Vs. 5 libri αὕτη τόθ᾽ ὥρη. Dindorfius τότ᾽. Sed aut αὕτη aut τότε superfluum. Fortasse αὖ τῆμος ὥρη scribendum, nisi praestat αὖ τῇ τότ᾽ ὥρη. Lachmannus αὐτὴ τότ᾽ ὥρη. Ibid. ἀλωπήκων pro ἀλωπέκων Hermannus. Vs. 6 ὄϊος Schweigh. codd. οἶος. Ib. αὖθ᾽ Heringa, αὖτ᾽ Dind. Vulgo αὐτὸ ἔθ᾽, A αὐτό ετ᾽. Vs. 8 AB ἐμπρεπεῖς. Vs. 9 δοκέω μέν Heringa. Codd. δοκέωμεν.

SIMONIDES AMORGIUS

Καὶ σαῦλα βαίνων ἵππος ὡς κορωνίτης.

Etymol. M. p. 270, 45. Διασαυλούμενος παρὰ τὸν σαῦλον, τὸν τρυφερὸν καὶ ἁβρόν. Σιμωνίδης ἐν Ἰάμβοις Καὶ σαῦλα κτλ. Bergkius Lyr. gr. p. 508 praeeunte Wel-

ckero scripsit κορωνίδης, at Comment. crit. I p. 19 idem κορωνίης, non aliam ob causam, credo, quam quod Simonidem choliambos scripsisse diserto veterum testimonio non constat, et quas satis numerosas eius carminum reliquias habemus, nulla scazontum vestigia habent; sed hoc anceps argumentum est. Neque reprehenderim equidem si quis etiam haec quae Athenaeus VII p. 299 c. servavit Simonidis verba:

ὥσπερ ἔγχελυς κατὰ γλοιόυ,

choliambici versus partem esse contendat. Quo minus enim illa e trimetro non claudo ducta putentur, qui ab initio una syllaba in fine autem pede iambico truncatus sit, caesurarum ratio prohibet; nec magis ea pro tetrametri parte haberi possunt.

ANACREON TEIUS

Διὰ δέρην ἔκοψε μέσσην, κὰδ δὲ λῶπος ἐσχίσθη.

Schol. Iliad. ρ. 543. κατὰ ταῦρον ἐδηδώς. ἡ διακοπὴ τῆς λέξεως τὸν εἰς πολλὰ διεσπασμένον παρέστησε ταῦρον, οὐ μέτρου ἀπαιτοῦντος· παρῆν γὰρ φάναι ταῦρον κατεδηδώς. καὶ Ἀνακρέων Διὰ δέρην κόψε μέσην κτλ. Correxit Bergkius Lyr. gr. p. 683.

EUPOLIS ATHENIENSIS

Ἀνόσια πάσχω ταῦτα ναὶ μὰ τὰς νύμφας.
Πολλοῦ μὲν οὖν δίκαια ναὶ μὰ τὰς κράμβας.

Priscianus de metr. com. p. 415 Krehl. *Eupolis Βά-*

πταις cum in aliis iambis eiusdem fabulae recta est observatione metrorum usus, hos tamen posuit in fine habentes spondeos. Ἀνόσια πάσχω etc. V. Comicos gr. II p. 451.

CERCIDAS MEGALOPOLITANUS

Ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις.

Athenaeus XII p. 554 d. αὗται (ἀγροίκου τινὸς θυγατέρες φιλονεικήσασαι πρὸς ἑαυτὰς ποτέρα εἴη καλλιπυγοτέρα) ὑπὸ τῶν πολιτῶν καλλίπυγοι ἐκαλοῦντο, ὡς καὶ ὁ Μεγαλοπολίτης Κερκιδᾶς ἐν τοῖς ἰάμβοις ἱστορεῖ λέγων Ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις (Συρηκούσαις?). αὗται οὖν ἐπιλαβόμεναι οὐσίας λαμπρᾶς ἱδρύσαντο Ἀφροδίτης ἱερὸν καλέσασαι καλλίπυγον, ὡς ἱστορεῖ καὶ Ἀρχέλαος ἐν τοῖς ἰάμβοις. Ubi qui memoratur Archelaus forsan et ipse choliamborum scriptoribus accensendus est; et fuerunt haud dubie plures inter eos qui communi iambographorum nomine appellantur. Quod autem Welckerus Hippon. p. 21 ex his Terentiani Mauri verbis vs. 3416: *hoc mimiambos Mattius dedit metro: nam vatem eundem iste Attico thymo tinctum pari lepore est consequutus et metro*, etiam Atticum quendam poetam hoc metri genere usum esse coniicit, non recte factum videtur. Terentianus in superioribus de Hipponacte egit; ad huius imitationem se Mattium composuisse dicit. Aliam interpretationem vereor ut Terentiani verba admittant. Attico autem thymo tinctum dicit Hipponactem, quoniam Attica thyma prae ceteris acria esse putabantur. V. Aristot. Probl. XX, 20. Machon Athenaei XIV p. 664 a. Magis etiam a

vero aberravit I. Scaliger ad Varron. L. L. IV p. 118. Bip. qui Herodotum a Terentiano significari existimavit, afferens Athenaeum I p. 19 c. ubi Herodotum *τὸν λογόμιμον* i. e. scurram et Archelaum saltatorem Antiocho in deliciis fuisse traditur.

AESCHRIO SAMIUS

I

Ἐγὼ Φιλαινὶς ἠπίβωτος ἀνθρώποις
ἐνταῦθα γήραι τῷ μακρῷ κεκοίμημαι.
μή μ', ὦ μάταιε ναῦτα, τὴν ἄκρην κάμπτων
χλεύην τε ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην.
οὐ γὰρ μὰ τὸν Ζεῦν, οὐ μὰ τοὺς κάτω κούρους,
οὐκ ἦν ἐς ἄνδρας μάχλος οὐδὲ δημώδης.
Πολυκράτης δὲ τὴν γονὴν Ἀθηναῖος,
λόγων τι παιπάλημα καὶ κακὴ γλῶσσα,
ἔγραψεν ἅσσ' ἔγραψ'· ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα.

Athenaeus VIII p. 335 b. *εἰς Φιλαινίδα ἀναφέρεται τὸ περὶ ἀφροδισίων ἀκόλαστον σύγγραμμα, ὅπερ φησὶ ποιῆσαι Αἰσχρίων ὁ Σάμιος ἰαμβοποιὸς Πολυκράτη τὸν σοφιστὴν ἐπὶ διαβολῇ τῆς ἀνθρώπου σωφρονεστάτης γενομένης. ἔχει δὲ οὕτως τὰ ἰαμβεῖα Ἐγὼ Φιλαινίς κτλ.* Habet etiam Anthol. Pal. VII 345. cum inscriptione *Ἀδέσποτον οἱ δὲ Σιμωνίδου.* Vs. 2 Anth. *κεκοίμαμαι.* Vs. 3 libri *ἄκραν.* Vs. 5 Anth. *Ζῆν'.* Vs. 9 Anth. *οἷα* pro *ὅσσα.*

II III IV V

Μήνη τὸ καλὸν οὐρανοῦ νέον σίγμα.

Στενὸν κατ' Ἑλλήσποντον, ἐμπόρων χώρην,

ναῦται θαλάσσης ἐστρέφοντο μύρμηκες.
Ὁ δ' ἐξελὼν ἱμάντα φορτίου ζώνην.
Ἶρις δ' ἔλαμψε, καλὸν οὐρανοῦ τόξον.
Καὶ πίσσαν ἐφθήν, ἣν θύραι μυρίζονται.

Tzetzes MS ad Hermog. apud Ruhnk. ad Long. III, 2. de metaphoris dicens: οὕτω γὰρ λέξεσιν αὐταῖς Αἰσχρίων λέγει Μήνη τὸ καλὸν κτλ. E cod. Dresd. eadem edidit Naekius Choer. p. 189.

VI

Καὶ θεῶν ἄγρωστιν εὗρες, ἣν Κρόνος κατέσπειρεν.

Athenaeus VII p. 296 e. Αἰσχρίων ὁ Σάμιος ἔν τινι τῶν ἰάμβων Ὕδνης φησὶ τῆς Σκύλλου τοῦ Σκιωναίου κατακολυμβητοῦ θυγατρὸς τὸν θαλάσσιον Γλαῦκον ἐρασθῆναι. ἰδίως δὲ καὶ περὶ τῆς βοτάνης λέγει, ἣν φαγὼν ἀθάνατος ἐγένετο. Καὶ θεῶν κτλ. Cfr. Anall. Alex. p. 239. Tetrametrorum scazontum in fragmentis eorum poetarum, qui choliambicam poesin longo post Ananium et Hipponactem intervallo resuscitarunt, nullum exemplum. Itaque nescio an recte Naekius Choer. p. 194 quamquam aliam ob causam Aeschrionis verba, addito quo aegre careas post θεῶν nomine σῖτον sive quod malim βρῶμα, ad trimetros revocaverit.

VII

Harpocratio p. 110, 4 de Cercopibus dicens: Αἰσχίνης ὁ Σαρδιανὸς ἐν τοῖς ἰάμβοις καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἀναγράφει Ἄνδουλον καὶ Ἄτλαντον. Maussacus Αἰχρίων et Schneidewinus Del. poet. graec. p. 225 ὁ Σάμιος corri-

gunt. Recte, puto, Maussacus, nisi oscitanter Harpocratio, ut solent serioris aetatis scriptores *), simile simili nomen substituit, cuius generis exempla composuit Hemsterh. ad Plut. p. 325 et Lobeckius Aglaoph. p. 996 et 1302. quo loco Harpocrationis verba contendit cum Tzetzae annotatione ad Lycophr. 688. ἕτεροι Γιγάντων νήσους τὰς Πιθηκούσσας ἤκουον. μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Αἰσχρίων ἐν ἑβδόμῳ Ἐφεσίδος. Quae ex eodem quod Harpocratio affert carmine derivata existimat. At iambos Aeschrionis Ephesiadis nomine inscriptos fuisse vix credibile est. Mihi illud Ἐφεσίδος ex Ἐφημερίδος corruptum videtur, in quo carmine quum Aeschrio Alexandri res gestas persequutus sit, sine dubio etiam Macedonum contra Damascenos expeditionem descripsit; Damascus autem quum a Graecis Διὸς τρόπαιον κατὰ Γιγάντων habitum sit (Tzetzes l. l.), non abhorret a vero Aeschrionem in eadem carminis parte per digressionem etiam Pithecusas memorasse, ut quae ipsae etiam ab Iovis de Gigantibus triumpho Γιγάντων νῆσοι appellatae fuerint. Cetera de Aeschrione exposuit Naekius Choer. p. 192. Pro Σαρδιανός utrum Σάμιος an Σαμιανός scripserit Harpocratio incertum est.

*) Vetustiores quam cauti et prope religiosi fuerint in usu nominum propriorum, Sophoclis iunioris exemplum docet deprecantis audaciam, qua nomen Ἀρχέλαος, elegiaco carmini inhabile, mutaverit in Ἀρχέλεως. v. Hephaest. ed. Gaisf. p. 8 sq. Et Critias poeta, quum Alcibiadis nomine utendum esset, metrum mutare maluit, quam Ἀλκιβίδης dicere, quod non minus recte formatum esset quam Ἀσκληπίδης. Cfr. Anal. Alex. p. 261.

PHOENIX COLOPHONIUS

I

Ἐσθλοί, κορώνῃ χεῖρα πρόσδοτε κριθέων,
τῇ παιδὶ τἀπόλλωνος, ἢ λέκος πυρῶν,
ἢ ἄρτον ἢ τίμαιθον ἢ ὅ τι τις χρῄζει.
δότ᾽ ὦγαθοί τι τῶν ἕκαστος ἐν χερσὶν
ἔχει κορώνῃ. χἄλα λήψεται χόνδρου·
φιλεῖ γὰρ αὕτη πάγχυ ταῦτα δαίνυσθαι·
ὁ νῦν ἅλας δοὺς αὖθι κηρίον δώσει.
ὦ παῖ θύρην ἄγκλινε. Πλοῦτος ἤκουσεν,
καὶ τῇ κορώνῃ παρθένος φέρει σῦκα.
θεοί, γένοιτο πάντ᾽ ἄμεμπτος ἡ κούρη,
κἀφνειὸν ἄνδρα κὠνομαστὸν ἐξεύροι,
καὶ τῷ γέροντι πατρὶ κοῦρον ἐς χεῖρας
καὶ μητρὶ κούρην ἐς τὰ γοῦνα κατθείη,
θάλος τρέφειν γυναῖκα τοῖς κασιγνήτοις.
ἐγὼ δ᾽ ὅκου πόδες φέρουσιν ὀφθαλμούς,
ἀμείβομαι Μούσῃσι πρὸς θύραις ἄδων
καὶ δόντι καὶ μὴ δόντι πλεῦνα τῶν αἰτέω. . . .
Ἀλλ᾽ ὦγαθοί ᾽πορέξαθ᾽ ὧν μυχὸς πλουτεῖ
δόμου. δὸς ὦναξ καὶ σὺ πολλά μοι νύμφη.
νόμος κορώνῃ χεῖρα δοῦν ἐπαιτούσῃ.
τοιοῦτον εἰδὼς δός τι, καὶ καταχρήσει.

Athenaeus VIII p. 359 e. *Οἶδα Φοίνικα τὸν Κολοφώνιον ἰαμβοποιὸν μνημονεύοντά τινων ἀνδρῶν ὡς ἀγειρόντων τῇ κορώνῃ καὶ λέγοντα ταῦτα Ἐσθλοί... πλείον᾽ ὧν αἰτέω. καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ ἰάμβου φησίν· Ἀλλ᾽ ὦγαθοί κτλ.* Vs. 3 *τίμαιθον* cod. B pro *ἤμαιθον*. scriben-

dum videtur ἢ ἀρτίσκον ἤ τι ψαιστόν. Dobraeus Adv. II p. 320 tentabat ἢ ἄρτον τιν' ἡμίαιθον. Vs. 4 τι addidit Casaubonus. Post ἕκαστος libri addunt τις. Vs. 7 αὖθις BP. Vs. 11 malim κὠνομαστόν. Vs. 12 et 13 libri εἰς. Vs. 15 graviter corruptus est. Vs. 16 libri Μούσαισι. Vs. 17 πλείονα τῶν γ' ἐῶ A, πλείονα τῶν γέω B, πλείον' ὧν αἰτέω Dindorfius. Quo adiutus scripsi πλεῦνα τῶν αἰτέω. Vs. 9 δόμου addidit Casaubonus. At quum AB habeant δὸς ὦναξ δὸς καί, forsan scribendum δὸς ὦνα δός τι καὶ σὺ πότνα μοι νύμφη. In quibus πότνα Ilgenio debetur. Vs. 20 libri δ' οὖν, Stephanus δοῦν', Naekius Choer. p. 231 δοῦν. Χεῖρα δοῦναι non idem esse videtur quod versu primo, ubi κριθέων additum, sed potius *gratificari*, ut apud Xenoph. Hell. V, 2, 17. καὶ τὰ ἐν Παγγαίῳ χρυσεῖα χεῖρα ἂν αὐτοῖς ὀρέγοι. Vs. 21 τοιοῦτον εἰδώς. Ita scripsi. B τοιοῦτ' εἰδώς, PV τοιαῦτ' εἰδώς, L τοιαῦτα εἰδώς, Schweighaeuserus et Dindorfius εἰδὼς τοιαῦτα.

II

Ἀνὴρ Νίνος τις ἐγένετ', ὡς ἐγὼ κλύω,
Ἀσσύριος, ὅστις εἶχε χρυσίου πόντον
καὶ τἄλλα πολλῷ πλέονα Κασπίης ψάμμου.
ὃς οὐκ ἴδ' ἀστέρ', οὐδ' ἴσως ἐδίζητο.
οὐ παρὰ μάγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνέστησεν,
ὥσπερ νόμος, ῥάβδοισι τοῦ θεοῦ ψαύων.
οὐ μυθιήτης, οὐ δικασπόλος κεῖνος,
οὐ λεωλογεῖν ἐμάνθαν', οὐκ ἀμιθρῆσαι.
ἀλλ' ἦν ἄριστος ἐσθίειν τε καὶ πίνειν
κηρᾶν, τὰ δ' ἄλλα πάντα κατὰ πετρῶν ὤθει.

ὡς δ᾽ ἀπέθαν᾽ ὠνήρ, πᾶσι κατέλιπεν ῥῆσιν,
ὅκου Νίνος νῦν ἐστι καὶ τὸ σῆμ᾽ ᾄδει·
„Ἄκουσον εἴτ᾽ Ἀσσύριος εἴτε καὶ Μῆδος
εἶς, ἢ Κοραξός, ἢ᾽ πὸ τῶν ἄνω λιμνῶν
Σίνδος κομήτης· οὐ γὰρ ἀλλὰ κηρύσσω.
ἐγὼ Νίνος πάλαι πόκ᾽ ἐγενόμην πνεῦμα,
νῦν δ᾽ οὐκέτ᾽ οὐδέν, ἀλλὰ γῆ πεποίημαι,
ἔχω δ᾽ ὁκόσον ἔδαισα χὠκόσ᾽ ἠράσθην,
τὰ δ᾽ ὄλβι᾽ ἡμέων δήιοι συνελθόντες
φέρουσιν, ὥσπερ ὠμὸν ἔριφον αἱ Βάκχαι.
ἐγὼ δ᾽ ἐς ἀίδην οὔτε χρυσὸν οὔτ᾽ ἵππον
οὔτ᾽ ἀργυρέην ἅμαξαν ᾠχόμην ἕλκων,
σποδὸς δὲ πελλὴ χὠ μιτρηφόρος κεῖμαι."

Athenaeus XII p. 530 e. *Φοῖνιξ ὁ Κολοφώνιος ποιητὴς Νίνου λέγων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἰάμβων φησίν Ἀνὴρ Νίνος τις κτλ.* Vs. 3 an *πλεῦνα*? Vs. 4 *οὐ δίζων* libri, *οὐδ᾽ ἰδὼν* Naekius Choer. p. 227 praeeunte Casaubono, qui *οὐδ᾽ ἰδεῖν*. I. Scaliger *οὐδ᾽ ἴσως*. Cfr. Dobraeus Adv. II p. 340. At ne nunc quidem versum persanatum esse docet verbum *ἴδε*, in quo augmentum omitti non potuit; nec sufficit scribere *οὐκ εἶδεν* vel *οὐκ εἶδε δ᾽*. Lachmannus *ὃς οὔ κεν ἀστέρ᾽ οὐδ᾽ ἰδεῖν ἐδίζητο*. Vs. 7 AB *οὐ μυθητής*. Dindorfius cum Naekio *οὐ μὴν θυητής*. Verum viderat iam ante Lobeckium Paral. p. 434 Schweighaeuserus. Exemplum rarissimae vocis *μυθιήτης* forsan ex hoc ipso loco habet Stephanus Byz. s. v. *Αἴγιναι. τὸ πολιήτης πλεονασμὸν ἔχει τοῦ η, ὡς τὸ μυθιήτης.* Vs. 12 *σῆμ᾽ ᾄδει* dubitanter Naekius. Vulgo *σῆμ᾽ ἴδε*, A *σῆμα ἴδει*. Cfr. Welckeri Syllog. epigr. p. 50 not. Certissimam esse

emendationem docet Meleager Anth. Pal. VII 428 19. *τὸ δ' οὔνομα πέτρος ἀείδει.* Vs. 14. *Κοραξός* scripsi pro *Κόραξος* e praecepto grammaticorum. Vs. 15 vulgo *'Ινδός*. Correxit neglectus ab omnibus Schweighaeuserus, nisi quod minus recte scripsit *Σινδός*. V. Comic. gr. III p. 324. Ibid. *ἀλλὰ* iam olim Cur. crit. p. 56 scripsi pro *ἄλλα*. Vs. 16 libri *ποτ'*. Vs. 18 *ὁκόσον* Naekius pro *ὁκόσσον*. Quae ibid. vulgo post *ἔδαισα* ingeruntur verba *χὠκόσον ἤεισα* vel *χὠκόσ' ἤεισα* delenda esse vidit Bergkius in Zimmermanni Ephem. philol. 1841 p. 581. *χὠκοσ' ἠράσθην* Naekius, libri *χὠκόσσ' ἐράσθην*. Corruptum item videtur *ἔδαισα*, pro quo *ἐδαισάμην* requiritur. Scribendum puto *ἔδαψα*. Vs. 21 *αἵδην* scripsi ex BP pro *ᾅδην*. Trisyllaba forma etiam veteres iambographi usi sunt, sed ut primam producerent, e. c. Simonides Fragm. I, 14 *πέμπει μελαίνης Ἀίδης ὑπὸ χθονός*, et VII, 117 *ἐξ οὗ τε τοὺς μὲν Ἀίδης ἐδέξατο*. Neque aliter Leonidas apud Stobaeum Flor. 120, 9. *εὔθυμος ὢν ἔρεσσε τὴν ἐπ' Ἄιδος.* Iambographi item versus esse videtur qui legitur in Menandri monost. 538 *χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα κἀίδου πύλας.* Ib. libri *οὔθ' ἵππον*. Vs. 22 libri *ἀργυρῆν*. Vs. 23 inepte vulgo *πολλή*, quod *πελλή* scribendum esse docui Com. gr. III p. 431. Cfr. Dobraeus Adv. II p. 24.

III

Θαλῆς γάρ, ὅστις ἀστέρων ὀνήιστος,
καὶ τῶν τότ', ὡς λέγουσι, πολλὸν ἀνθρώπων
ἐὼν ἄριστος, ἔλαβε πελλίδα χρυσέην . . . .
'Εκ πελλίδος γὰρ τάργανον κατηγυίης

χωλοῖσι δακτύλοισι τὴτέρῃ σπένδει,
τρέμων οἷόν περ ἐν βορηίῳ νωδός.

Athenaeus XI p. 495 d. Φοῖνιξ ὁ Κολοφώνιος ἐν τοῖς ἰάμβοις ἐπὶ φιάλης τίθησι τὴν λέξιν (πελλίδα) λέγων οὕτως Θαλῆς γάρ . . . πελλίδα χρυσέην. καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ μέρει φησίν Ἐκ πελλίδος κτλ. Vs. 1 ἀστέρων BPV. ἀστέων ex Casauboni coniectura Schweighaeuserus et Dindorfius, *civium honestissimum* intelligentes. Sed neque ἀστέων pro ἀστῶν dici potuit, neque ἀστός ad sententiam loci accommodatum est. Accedit quod verbo finito post ὅστις aegre careas. Verum sine dubio est ἀστέρων, sed ut versus exciderit. Poeta in hunc fere modum scripsisse videtur:

Θαλῆς γάρ, ὅστις ἀστέρων ὀνήιστον
ναύτῃσιν εὗρεν ἐμπόροισι Φοινίκων,
καὶ τῶν τότ᾽, ὡς λέγουσι, πολλὸν ἀνθρώπων . .

Ἀστέρων ὀνήιστον dicit ursam minorem, quam primus omnium observavit Thales, sidus navigantibus utilissimum, de quo praeter alios Callimachus Choliamb. fr. 10 καὶ τῆς ἁμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες. Potest vero etiam ὀνήιστος servari, si ita locum refingas: Θαλῆς γάρ, ὅστις ἀστέρων ὀνήιστος ναύτῃσιν (vel Φοίνιξιν) ἐμπόροισίν ἐστιν, ἐξευρών, hoc verborum ordine, ἐξευρὼν ὅστις ἀστέρων ναύταις ὀνήιστός ἐστιν. Prius tamen probabilius. Ναύτας ἐμπόρους iunxit Callimachus Del. 316. Vs. 2 πολλὸν Toupius. Libri πολλῶν. Vs. 3 χρυσέην scripsi pro χρυσῆν. De phiala Thaleti Graecorum sapientissimo reddita v. ad Callimachi Chol. fragm. 13. Vs. 4 ante τάργανον addidi γάρ. Ib. κατηγυίης Porsonus. AB καὶ

τηγυίης. Vs. 6 ἐν βορη ἴωνωδος B, ἐν βορηΐ ονώδως P. In A Schweighaeuserus νωδός accentu carere et praecedenti voci iunctum dicit. ἐν βορηίῳ, *flante borea*, incorruptum. Cfr. Xenophon Cyneg. 8, 1. ὅταν μὲν ἐπινίφῃ καὶ ᾖ βορρεῖον. At νωδός suspectum. An dicit *senem edentulum*? Magis tamen placeret ἐν βορηίῳ ˁλωπος, i. e. ἄλωπος.

PARMENO BYZANTIUS

I

Ἀνὴρ γὰρ ἕλκων οἶνον ὡς ὕδωρ ἵππος
σκυθιστὶ φωνεῖ, κοὐδὲ κάππα γινώσκων . . .
κεῖται δ' ἄναυδος ἐν πίθῳ κολυμβήσας,
κάθυπνος, ὡς μήκωνα φάρμακον πίνων.

Athenaeus V p. 221 a. δοκεῖτέ μοι, ἄνδρες δαιτυμόνες, σφοδροῖς κατηντλῆσθαι λόγοις παρὰ προσδοκίαν βεβαπτίσθαι τε ἀκράτῳ. Ἀνὴρ γὰρ . . . φάρμακον πίνων, φησὶν ὁ Βυζάντιος Παρμένων. Vs. 2 κάππα pro κόππα scripsi e BC. Ibid. Scaliger μηδὲ κόππα γινώσκει. Ac μηδὲ pro οὐδὲ etiam Porsonus Adv. p. 228. Scripsi quod Cur. crit. p. 23 conieci κοὐδέ, quo recepto Hanovius Exerc. crit. p. 96 scribi voluit: κοὐδὲ κόππα γιγνώσκων κεῖταί γ' ἄναυδος. At quo pacto idem homo simul Scytharum more clamare (inepte enim explicant *Scythice loqui*) et mutus somnoque sepultus iacere possit, adeo non intelligo, ut post γινώσκων unum duosve versus Athenaeum omisisse credam. Eam ob causam lacunam indicavi. Verba οὐδὲ κάππα γινώσκων significant οὐδὲ ἐλάχιστον φρονῶν. Hesychius a

Schweighaeusero allatus, *Κάππα: τινὲς δὲ τὸ ἐλάχιστον.* Cfr. Hipponax fr. 78 *ὀλίγα φρονεῦσιν οἱ χάλιν πεπωκότες.*

II

Ἦλθον μακρὴν θάλασσαν, οὐκ ἄγων σῦκα
Καναῖα φόρτον.

Athenaeus III p. 75 f. *Παρμένων ὁ Βυζάντιος ἐν τοῖς ἰάμβοις τὰ ἀπὸ Κανῶν (σῦκα) τῆς Αἰολικῆς πόλεως ὡς διάφορα ἐπαινῶν φησίν Ἦλθον κτλ.* Libri *καύνεα φόρτου.* Correxere Palmerius et Casaubonus.

III

Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλε.

Schol. Pind. Pyth. IV, 97. *Κρονίδην τὸν Νεῖλόν φησιν, ὡς καὶ Παρμένων Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλε.* Athen. V p. 203 c. *διόπερ αὐτὸν* (Nilum) *καὶ ὁ Βυζάντιος ποιητὴς Παρμένων ἐπικαλούμενος Αἰγύπτιε Ζεῦ, φησί, Νεῖλε.*

IV

Schol. Nicandri Ther. 806. *βέμβιξ δέ ἐστι ζῷον σφηκοειδές, μέλαν τῇ χροιᾷ, κέντρῳ χρώμενον ὡς οἱ σφῆκες. μνημονεύει δὲ καὶ Παρμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις.*

V — VII

Stephanus Byz. *Βουδῖνοι: ἔθνος Σκυθικόν. παρὰ τὸ δινεύειν ἐπάνω ἁμαξῶν ὑπὸ βοῶν ἑλκομένων· ἁμαξόβιοι γὰρ οἱ Σκύθαι. Παρμένων ὁ Βυζάντιος ἐν ἰάμβων πρώτῳ.* Idem, *Φρίκιον: ὄρος ὑπὲρ Θερμοπυλῶν Λοκρικόν . . . λέγεται καὶ Φρικωνίτης καὶ Φρικωνιάτης. κεῖται δὲ παρὰ Παρμένοντι τῷ Βυζαντίῳ ἐν προ-*

τέρῳ ἰάμβῳ. Corrigunt πρώτῳ ἰάμβων. Idem, Χιτώνη: οὕτως ἡ Ἄρτεμις. λέγεται καὶ Χιτωνία, ὡς παρὰ Μενίππῳ ὁ Βυζάντιος καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Σφιγγί. Probabiliter Salmasius ὡς Παρμένων ὁ Βυζάντιος.

HERMIAS CURIENSES

Ἀκούσατ᾽, ὦ στώακες, ἔμποροι λήρου,
λόγων ὑποκριτῆρες, οἳ μόνοι πάντα
τὰν τοῖς πίναξι, πρίν τι τῷ σοφῷ δοῦναι,
αὐτοὶ καταρροφεῖτε, κᾆθ᾽ ἁλίσκεσθε
ἐναντία πρήσσοντες οἷς τραγῳδεῖτε.

Athenaeus XIII p. 563 d. ὁ Μυρτίλος ἀποβλέψας εἰς τοὺς τὰ τῆς στοᾶς αἱρουμένους τὰ Ἑρμείου τοῦ Κουριέως ἐκ τῶν ἰάμβων προειπὼν Ἀκούσατ᾽ ὦ στώακες... οἷς τραγῳδεῖτε, παιδοπῖπαι ὄντες καὶ τοῦτο μόνον ἐζηλωκότες τὸν ἀρχηγὸν ὑμῶν τῆς σοφίας Ζήνωνα τὸν Φοίνικα. Vs. 3 πρίν τι Porsonus. Vulgo πρινή. Vs. 5 libri πράσσοντες.

DIPHILUS

Τρέψας δὲ πώλους ὡς ὁ Μαντινεὺς Σῆμος,
ὃς πρῶτος ἅρματ᾽ ἤλασεν παρ᾽ Ἀλφειῷ.

Pindarus Ol. XI, 83 ἂν᾽ ἵπποισι δὲ τέτρασιν (ἐνίκησεν) ἀπὸ Μαντινέας Σᾶμος ὡλιροθίου. Ubi scholiastes: παρατίθεται καὶ τὸν γράφοντα τὴν Θησηίδα μαρτυροῦντα τῷ ἥρωι (Semo qui prima Olympiade in curuli certamine vicit) τὴν τοῦ ἅρματος ἡνιοχευτικὴν ἀρετήν Τρέψας δὲ

πώλους ὡς ὁ Μαντινεὺς Σῆμος. In his *παρατίθεται* non de Didymo, cuius praecessit nomen, intelligi potest, sed excidit Aristodemi memoria, quod ex alio scholio coniicio, in quo Diphili locus altero versu auctus legitur: *Ἀριστόδημος δέ φησι μὴ δύνασθαι συγχρονεῖν Ἁλιρρόθιον τὸν κατὰ Κέκροπα Ἡρακλεῖ, ἀλλὰ μηδὲ Ἀρκάδα εἶναι, ἀλλ' Ἀθηναῖον. Σῆμον δέ τινα νῦν νενικηκέναι ἅρματι, ὥς φησι Δίφιλος, ὁ τὴν Θησηίδα ποιήσας, ἔν τινι ἰαμβείῳ οὕτω Τρέψας δὲ πώλους κτλ.* Non recte autem haec e Diphili Theseide afferri existimant. V. Hist. com. gr. p. 449. Pro *τρέψας* Rom. *στρώφας*, Gott. Vrat. D. *στρωφάσων*. Boeckhius *στρωφῶν* coniicit. Malim *στρωφᾷς* sive *στρώφα*.

HERODAS

I

Ἢ χαλκέην μοι μυῖαν ἢ κύθρην παίζει,
ἢ τῇσι μηλάνθῃσιν ἅμματ' ἐξάπτων
τοῦ κεσκίου μοι τὸν γέροντα λωβῆται.

Stobaeus Flor. 78, 6. *Ἡρώδου Μιμιάμβων.* Vs. 2. vulgo *ἢ ταῖσι μηλολόνθῃς.* Codd. *ἐν ταῖσι μηλάνθασιν.* Gaisf. *ἢ ταῖσι μηλάνθῃσι.* Schneidewinus *ἢ'ν ταῖσι μηλάνθῃσιν.* De tertio versu v. Com. gr. II p. 312.

II

Μὴ δὴ κόρη τὺ τὴν χολὴν ἐπὶ ῥῖνας
ἔχ' εὐθὺς ἤν τι ῥῆμα μὴ σοφὸν πεύθῃ.
γυναικός ἐστι κρηγύης φέρειν πάντα.

Stobaeus Flor. 74, 14. Ἡρώδου Μιμιάμβων. Cod. A Ῥώδα i. e. Ἡρώδα.

III

Ὡς οἰκίην οὐκ ἔστιν εὐμαρέως εὑρεῖν
ἄνευ κακῶν ζώουσαν· ὃς δ' ἔχει μεῖον,
τοῦτόν τι μεῖζον τοὐτέρου δόκει πρήσσειν.

Stobaeus Flor. 98, 28. Ἡρώδα Μιμιάμβων. Vs. 3 libri τούτου et δοκεῖ. Correxit Schneidewinus. Idem τἀτέρου pro τοῦ ἑτέρου. Praetuli τοὐτέρου. Cfr. Hipponax fr. 25, 3.

IV

Ἐγὼ δ' ἀδρανέω γυιὸς ὤν· τὸ γὰρ γῆρας
ἡμέας καθέλκει κὴν σκιῇ παραστήκῃ.

Stobaeus Flor. 116, 18. Ἡρώδου Μιμιάμβων. Vs. 1 vulgo δὲ δραινῶ μυιὸς ὤν, A δὲ δραίνω μυός, Gesnerus δ' ἀδρανέω γυρὸς ὤν, Salmasius δ' ἀδραίνω γυιὸς ὤν. Vs. 2 cod. A κὴν σκϊῇ (B σκιῇ) παραστήκῃ. Vulgo καὶ σκιὴ παραστήκει. Valckenarius καὶ σκιὴ παραστήκω. Non expedio.

V

Ἐπὴν τὸν ἑξηκοστὸν ἥλιον κάμψῃς,
ὦ Γρύλλε Γρύλλε, θνῆσκε καὶ τέφρη γίνευ,
ὡς τυφλὸς οὑπέκεινα τοῦ βίου καμπτήρ·
ἤδη γὰρ αὐγὴ τῆς ζόης ἀπήμβλυνται.

Stobaeus Flor. 116, 21. Ἡρώδου ἐν Μολπεινοῦ. Lege Μολπίνου. Molpinus (Μολπῖνος) amici nomen esse videtur, cui hoc carmen dedicaverat Herodes. Vs. 3 libri ὁ

ὑπὲρ κεῖνο. Correxit Porsonus. Vs. 4 *αὐγὴ* et *ἀπήμβλυνται* pro *αὔτη* et *ἀπήμβλυτο* Salmasius. Ibid. *ζόης* Porsonus. libri *ζωῆς*. Quartus versus apud Stobaeum a reliquis avulsus lemma habet *Ἡρώδου Μιμιάμβων*. Coniunxit cum ceteris Salmasius.

VI

Γύναι, τὰ λευκὰ τῶν φρενῶν ἀπαμβλύνει
τὸν νοῦν.

Stobaeus Flor. 116, 24. *Ἡρώδα Μιμιάμβων.* Pro *νοῦν* malim *νόον.*

VII

Προσφὺς ὅκως τις χοιράδων ἀναρίτης.

Athenaeus III p. 86 b. *κογχῶδες ὂν τὸ ὄστρεον (ἀναρίτης) προσέχεται ταῖς πέτραις ὥσπερ αἱ λεπάδες. Ἡρώνδας δ' ἐν Συνεργαζομέναις Προσφὺς κτλ.* Forsan *ἀνηρίτης*.

VIII

Ἄγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτριον.

Etym. M. p. 411, 41. *Ζήτριον: διὰ τοῦ ῑ συνεσταλμένου καὶ παρὰ Ἡροδότῳ "ἄγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτριον." ἔστι δὲ χωλιαμβικὸν τὸ μέτρον.* Correxit Ruhnkenius Hist. crit. Orat. p. XCIX. Etym. Gud. p. 232, 18. *ζήτρειον διὰ τῆς ει διφθόγγου κατὰ τὴν παραλήγουσαν.* Quod praetulit Schneidewinus. At non videtur Herodes vocalem ante ζ corripuisse. Non initium igitur, sed finis choliambi excidit.

IX

Ἵνα τὰ Ναννάκου κλαύσῃ.

Zenobius VI, 10. *Νάννακος ἐγένετο Φρυγῶν βασιλεύς . . . . πρὸ τῶν Δευκαλίωνος χρόνων, ὃς προειδὼς τὸν μέλλοντα κατακλυσμὸν συναγαγὼν πάντας εἰς τὰ ἱερὰ μετὰ δακρύων ἱκέτευεν. Ἡρώδης δὲ ὁ ἰαμβοποιός φησιν Ἵνα τὰ Ν. κλαύσῃ.* Ita Schneidewinus pro *κλαύσω.* Vat. *κλαύσι.* Nannaci nomen vitiose scriptum apud Stephanum Byz. v. *Ἰκόνιον. καὶ παροιμία τὸ ἐπὶ Ἀννακοῦ κλαύσειν* (leg. *κλαύσει*) *ἐπὶ τῶν λίαν οἰκτιζομένων.* ubi cod. Vrat. peius etiam habet *Ἀνακοῦ,* quam scripturam qui unice probat Osannus Dissert. de Mida p. 68, ut nomen *Ἀνακός* nihil ab *ἄναξ* differre doceat, immemor fuit Herodae. Cfr. Buttmannum Mythol. I p. 176.

De alio fragmento Herodae forsan adscribendo dixi ad Hipponactis fragm. 27. Ceterum egregio hunc poetam praeconio condecoravit Plinius Epist. IV, 3 ad Antoninum sive, ut in aliis libris legitur, ad Adrianum scripta: *ita certe sum affectus ipse quum graeca epigrammata tua, quum iambos proxime legerem. quantum ibi humanitatis, venustatis! quam dulcia illa, quam antiqua, quam arguta, quam recta! Callimachum me vel Herodem vel si quid his melius, tenere credebam.* Nomen viri varie scribitur. Plinio dicitur Herodes, Stobaeo fere Herodas, cuius formae exemplum habemus etiam apud Xenoph. Hell. III, 4, 1. ubi Herodas Syracusanus memoratur; ab uno Athenaeo (fr. 7) dicitur *Ἡρώνδας.* Herodes an Herodas dicatur perinde est; at diversum nomen est *Ἡρώνδας.* Hoc enim ad *Ἥρων, Ἡρώδης* autem ad *ἥρως* revocandum,

rectiusque scribitur Ἡρῴδης, quemadmodum paragoga huius nominis forma constanter Ἡρῳδιανός scribitur in Aldina Stephani Byzantii et apud Eustathium ad Il. p. 15, 33. 300, 15. 497, 6. 561, 18. 650, 48. aliisque locis innumeris. Ac disertim Ἡρῴδης et Ἡρῳδιανός commendat Etym. M. p. 437, 56. Alia ratio nominis ἡρώνη, quod qui ἡρῴνη i. e. ἡρωίνη scribunt, docere debebunt, quo iure ῑ longum subscribi possit.

THEOCRITUS SYRACUSANUS

Ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἱππῶναξ κεῖται.
εἰ μὲν πονηρός, μὴ προσέρχευ τῷ τύμβῳ·
εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
θαρσέων καθίζευ, κἢν θέλῃς ἀπόβριξον.

Carmen hoc, inter Theocriti epigrammata decimum nonum, primus edidit H. Stephanus; videtur in paucis Theocriti codicibus extare. Zieglerus quidem nonnisi in Mediolanensi 1. reperit. At habet etiam Anthol. Pal. XIII, 3 et Tricha de metris p. 9. qui ultimum versum omittit. Vs. 2 Palat. ποτέρχευ, Med. προσέρχου. Vs. 3 Palat. χρηστῶ, quod etsi ferri posse non videtur, fortasse tamen verae lectionis vestigia habet; scribendum enim suspicor καὶ πατρὸς χρηστοῦ. nam παρά eo qui hic requiritur sensu dici non potest. Vs. 4. Med. καθίζου. κἢν Pal. Med. Vulgo κἄν.

ASCLEPIADES SAMIUS

Ὅπου κυνὸς καλοῦσι δυσμόρου σῆμα.

Schol. Euripidis Hec. 1249. περὶ δὲ τοῦ κυνὸς σήμα-

τος καὶ Ἀσκληπιάδης φησὶν ὅτι κυνὸς καλοῦσι δυσμόρου σῆμα. Intelligunt grammaticum; at poetae verba esse vel illud *δυσμόρου* ostendit. Itaque Asclepiades Samius intelligendus videtur, de quo vide quae dixi Delectu Anth. gr. p. 110. Posui autem *ὅπου* pro *ὅτι*, nisi Asclepiades scripsit *ὅκου* et *καλεῦσι*. Constructionis forma eadem qua Homerus usus est, *Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη κέκληται.*

CALLIMACHUS CYRENAEUS

I

Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω
ἐκ τῶν ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσιν.

Horum versuum primum servavit Scholiastes Arist. Nub. 233 et Suidas v. *οὐ γάρ: οὐ γὰρ ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ καὶ γάρ. Καλλίμαχος Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω. ἀντὶ τοῦ καὶ γὰρ ἥκω.* Tacito auctoris nomine afferunt Hephaestio et metrici Latini, ubi de metro Hipponacteo disserunt. Hinc recte eum Hipponacti vindicavit Bergkius Lyr. graec. p. 519. cuius exemplum sequi non dubitavi. Vide supra p. 102. Ab Hipponacte autem mutuo sumpsit Callimachus, qui in prooemio choliamborum ipsum Hipponactem ex inferis reversum et ista loquentem induxisse videtur. Vix enim dubito quin recte cum illo versu alterum coniunxerim, quem servavit Pollux IX, 83. *εἴη δ' ἂν καὶ κόλλυβον λεπτόν τι νομισμάτιον. Καλλίμαχος γοῦν ἔφη περὶ τῶν ἐν ᾅδου λέγων Ἐκ τῶν ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσιν, ὡς ἂν εἴποι τις τοῦ προστυχόντος.* Ita

enim haec correxit Bentleius, quum libri habeant ἐκ τῶν οἴκου βοῦν et ὀκόβουν. De festiva ista inferorum descriptione confer Photium p. 314, 18. ὀβολοῦ χίμαιρ' ἐν Ἅιδου, de quo dixi Hist. Com. gr. p. 85. Adde Callimachum Anth. Pal. VII, 524. οὗτος ἐμὸς λόγος ὔμμιν ἀληθινός, εἰ δὲ τὸν ἡδὺν βούλει, πελλαίου (παλλαδίου?) βοῦς μέγας εἰν Ἀίδῃ.

II

Ἰάμβους οὐ μάχην ἀείδοντας
τὴν Βουπάλειον.

Iulianus Epist. XXX p. 403 D. ἡδέως ἐδεξάμην τι παρά σου πινάκιον ἀποσταλὲν .... καὶ κατεμούσωσας αὐτὸ προσθεὶς τοὺς ἰάμβους οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν Βουπάλειον, κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητήν, ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς νόμοις ἁρμόττειν. Haec quoque videntur Hipponactis esse, monentis Callimachum ne virulenta scribat carmina, qualia ipse in Bupalum iecerit. Certe indicare voluit poeta, se diversum ab Hipponacte consilium sequi; itaque recte ista ad prooemium rettulisse mihi videor. Eodem sequens fragmentum spectare suspicabar, quo semet ipse poeta monere mihi videbatur ne nimium ingenio indulgeret, sed compesceret iuventutis ardorem animique impetum. Nunc dubitare coepi propter Choerobosci αἰδούμενος, quod alio ducere videtur.

III

Ἴσχε δὲ δρόμου [πάμπαν]
μαργῶντας ἵππους, μηδὲ δευτέρην κάμψῃς,

μή τι παρὰ νύσσῃ δίφρον [ἐξαράξαντες]
ἄξωσιν, ἐκ δὲ κύμβαχος κυβιστήσῃς.

Choeroboscus de tropis poeticis apud Cramerum An. Oxon. IV p. 399. *δι᾽ εὐλάβειαν δέ, ὡς καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ "τὸ πῦρ δέ τ᾽ ἀνέκαυσας ἔρος οὗ πολλῇ κεχώρηκε φλόγι." καὶ πάλιν "Ἴσχε δὲ δρόμου μαργῶντας ἵππους, μὴ δευτέραν κάμψῃς, μήτι παρὰ νύσσῃ δίφρον ἄξωσιν, ἐκ δὲ κύμβαχος κυβιστῇς." ταῦτα οὐ κυρίως εἴρηται. οὔτε γὰρ περὶ πυρὸς οὔτε ἱπποτροφίας ὁ λόγος αὐτῷ, ἀλλ᾽ ὥσπερ αἰδούμενος εἰπεῖν ὃ βούλεται τῇ ἀλληγορίᾳ ἐχρήσατο.* Haec partim peius partim emendatius scripta leguntur apud Gregorium in Walzii rhet. gr. VIII p. 764. *παραλαμβάνεται ἀλληγορία . . . . δι᾽ εὐλάβειαν. καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ "Τὸ πῦρ δέ τ᾽ ἀνέκαυσας, νύσσῃ δίφρον ἄξωσιν. ἐκ δὲ κύμβαχος κυβιστήσῃς."* Emendavi haec ut supra adscripsi. Aberravit a vero Schneidewinus Coniect. crit. p. 151, non facturus, opinor, si ista ad scazontes revocanda esse intellexisset. Difficilior prioris fragmenti emendatio, quod apud Tryphonem in Museo Cantabr. II p. 433 ita scriptum est, *τὸ πῦρ ὅπερ ἐνέκαυσας πολλὴν πρόσω κέχρηκε φλόγα.* Hoc unum video, locum hunc non ad choliambos revocandum esse, sed apparere speciem metri epodicam, qua trimetro iambico subiicitur dimeter. Exempli causa pono quod certe potuit scribere Callimachus:

τὸ πῦρ δὲ τἀνέκαυσας ἐς πολλὴν σφόδρα
πρόσω κεχώρηκε φλόγα.

In quibus *ἐς* debetur Hemsterhusio, qui Tryphonis locum e cod. Leid. protulit ad Callim. ed. Ern. p. 561.

IV

Μοῦσαι καλαὶ κἄπολλον οἷς ἐγὼ σπένδω.

Schol. Sophoclis Oed. Col. 1621 κατ' ἐπικράτειαν δὲ πάντες ἔφη, ἑνὸς μὲν ὄντος τοῦ ἄρρενος δύο δὲ τῶν θηλειῶν, ὅμοιον τῷ "Μοῦσαι καλαὶ κἄπολλον οἷς ἐγὼ σπένδω." Poetae nomen addit Eustathius ad Il. p. 781, 52. οὐ γὰρ ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῷ "Μοῦσαι καλαὶ καὶ Ἀπόλλων οἷς ἐγὼ σπένδω", οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ ἀρσενικὸν γένος ἐπεκράτησεν, ἀλλὰ τὸ θηλυκόν. Habet idem iterum omisso poetae nomine ad Od. p. 1779, 28. Adde Suidam s. v. Μοῦσαι καλαί.

V

Ἐς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε,
οὗ τὸν πάλαι Παγχαῖον ὁ πλάσας Ζᾶνα
γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψήχει.

Plutarchus de plac. phil. I, 7. p. 880 e. Διαγόρας καὶ Θεόδωρος καὶ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης καθόλου φασὶ μὴ εἶναι θεούς. τὸν Εὐήμερον καὶ Καλλίμαχος ὁ Κυρηναῖος αἰνίττεται ἐν τοῖς ἰάμβοις γράφων Εἰς τὸ πρὸ τείχευς κτλ. Primum versum affert etiam annotante Bentleio Etym. M. s. v. ἄλες p. 59, 47. παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν χωλιάμβοις "ἐς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε", ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ πρὸ τοῦ τείχους ἱερὸν ὁμοῦ δεῦτε, et Schol. Theocriti VII, 36. ubi ἐς et τείχους scriptum. Respicit item Stephanus Byz. v. Ἡλιαία: δικαστήριον Ἀθηναίων παρὰ τὸ ἅλις. δεύτερον παράγωγον Ἁλία καὶ Ἡλιάία. Cod. Rehd. παρὰ τὸ ἅλεες. δεῦτε παράγωγον. Scribendum igitur παρὰ τὸ "ἀλέες δεῦτε" παράγωγον. Pro ἱερόν forsan

ἱρὸν scribendum. Vs. 2 *Παγχαῖον* Bentleii est emendatio. Libri *χάλκεον*. *Ζᾶνα* autem scripsit poeta, non *Ζῆνα*, quoniam hac ipsa forma Euemerus usus erat. Versum tertium, in quo ante Bentleium legebatur *ψύχει*, Dübnerus autem nescio quam ob causam *ψῆχε* edidit, tacito auctoris nomine servavit etiam Sextus Emp. adv. Math. p. 402 (650 Fabr.) *οἱ ἐπικληθέντες ἄθεοι, καθάπερ Εὐήμερος, γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψήχων*.

VI VII VIII

Ἦν κεῖνος οὑνιαυτός, ᾧ τό τε πτηνόν
καὶ τοὺν θαλάσσῃ καὶ τὸ τετράπουν οὕτως
ἐφθέγγεθ᾽ ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμήθειος . . .
Ἄκουε δὴ τὸν αἶνον· ἔν κοτε Τμώλῳ
δάφνην ἐλαίῃ νεῖκος οἱ πάλαι Λυδοί
λέγουσι θέσθαι . . . .
Ἐγὼ δὲ πάντων εἰμὶ δενδρέων φαύλη.

Coniunxi haec, quoniam ex eadem omnia carminis parte petita sunt. Vs. 1—3 leguntur apud Clement. Strom. V p. 597 A. *γήινον μὲν οἱ φιλόσοφοι παρ᾽ ἕκαστα τὸ σῶμα ἀναγορεύουσι . . . Καλλίμαχος δὲ διαρρήδην γράφει Ἦν κεῖνος κτλ.* E Clemente, ut observavit Bentleius, habet Eusebius P. E. XIII. Primo versu ante Bentleium legebatur *ποτε* pro *τό τε*, et tertio ante Blomfieldum *Προμηθέως*, quod *Προμηθῆος* scribebat Bentleius. Vs. 4—7 servavit Diogenianus Paroem. Praef. p. 178 et Ammonius diff. verb. p. 8, ubi legebatur olim vs. 5 *ἐλαίην εἰκὸς οἱ παλαιοὶ Λυδοί*, certatim correctum ab Scaligero Vossio Bentleio. Emendate omnia scripta sunt apud Diogenianum. Vs. 4 cor-

rupte scriptum ab Eustathio ad Il. p. 855, 7 et ad Odyss. p. 1769, 3 afferri monet Bentleius. Vs. 7, quem iam Bentleius huc rettulit, legitur apud Pseudo-Tryphonem de tropis poeticis p. 52 et Manuelem Moschopulum Opusc. a Titzio editis p. 86. *παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ ἀστεϊζομένη ἡ ἐλαία φησίν Ἐγὼ φαύλη πάντων τῶν δένδρων εἰμί.* Quae correxit Porsonus ad Toupii Emend. IV p. 487.

IX

Ἐξεῦρε Φρὺξ Εὔφορβος, ὅστις ἀνθρώποις
τρίγωνά τε σκαληνὰ καὶ κύκλων ἑπτά
ἔδειξε μήκη κἠδίδαξε νηστεύειν
τῶν ἐμπνεόντων· οἱ δ' ἄρ' οὐχ ὑπήκουσαν
πάντες.

Diodorus Exc. Vat. ed. Dind. p. 32, 24. *ὅτι Καλλίμαχος εἶπε περὶ Πυθαγόρου διότι τῶν ἐν γεωμετρίᾳ προβλημάτων τὰ μὲν εὗρε, τὰ δὲ ἐκ τῆς Αἰγύπτου πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἤνεγκεν ἐν οἷς ὅτ' ἐξεῦρε Φρὺξ Εὔφορβος, ὅστις ἀνθρώποις τρίγωνα τὰ σκαληνὰ καὶ κύκλον ἑπταμήκη δίδαξε νηστεύειν τῶν ἐμπνεόντων, οἱ τάδ' οὐδ' ὑπήκουσαν πάντες.* Hic admirare Bentleii acumen, qui Callimachea apud Diogenem Laert. I, 25. *Θαλῆς προήγαγεν ἐπὶ πλεῖστον ἅ φησι Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἰάμβοις Εὔφορβον εὑρεῖν τὸν Φρύγα, οἷον σκαληνὰ τρίγωνα καὶ ὅσα γραμμικῆς ἔχεται θεωρίας,* ad choliambos referenda esse divinaverit. Callimachi versus paullo aliter scripsi quam L. Dindorfius fecit, qui locum ita constituit:

ἐν οἷς ὁ Φρὺξ Εὔφορβος, ὅστις ἀνθρώποις
τρίγωνά τε σκαληνὰ καὶ κύκλων ἑπτά

ἐξεῦρε μήκη καὶ δίδαξε νηστεύειν.

Qui recte haud dubie *τρίγωνά τε* et *κύκλων ἑπτὰ μήκη* restituit. Minus placent quae Alphonsus Heckerus Comment. de Anth. gr. p. 274 proposuit:

ἅθ' εὗρε Φρὺξ Εὔφορβος, ὅστις ἀνθρώπους
τρίγωνα τὰ σκαληνὰ καἰθέρος κύκλων
τῶν ἑπτὰ μήκη, κἀδίδαξε νηστεύειν.

Αἰθέρος ut addatur minime necessarium; septem orbes esse septem zonas per se intelligitur. Ultima verba, *οἳ τάδ' οὐδ' ὑπήκουσαν,* emendavit Niebuhrius apud Dindorfium; *πάντες* autem fortasse delendum est. Vix enim probari potest quod Heckerus coniecit, qui fragm. 15 cum nostro loco ita coniungi voluit:

τῶν ἐμπνεόντων, οἳ τάδ' οὐχ ὑπήκουσαν
οὐ πάντες, ἀλλ' οὓς ἔσχεν ἅτερος δαίμων.

In quibus quo *οἵ* referre voluerit non indicavit. Accedit quod versus ille *οὐ πάντες* etc. in longe aliam sententiam intelligendus videtur. Vide ad fragm. 15. Sed Heckerus etiam aliam coniecturam protulit: nam quum in Callimachi versibus nihil, ut opinatur, compareat eorum quae Diodorus de geometria a Pythagora ex Aegypto Graeciae illata rettulerit, imo diserte poeta dicat Euphorbum hanc disciplinam invenisse et homines docuisse, duos diversos locos hic commixtos putat, et priorem quidem ex Aetiis ductum (propter fragm. Bentl. 27) alterum vero e choliambis, qui solus servatus sit. Praeterea ex allato Diogenis loco, *Θαλῆς προήγαγεν ἐπὶ πλεῖστον ἅ φησι Καλλίμαχος κτλ.* colligit haec cum choliamborum fragm. 10, in quo de Thalete agitur, in hunc modum coniungenda esse:

ἢ πλέουσι Φοίνικες
[ἄνδρες καπηλοί, κἀπὶ πλεῖστον ἦλθ᾽] ἐν τοῖς,
ἅθ᾽ εὗρε Φρὺξ Εὔφορβος κτλ.

Sed ut mittam monosyllabis vocibus in fine scazontis locum non esse, apud Diodorum omnia aptissime inter se nexa et copulata sunt. Pythagoras, inquit Callimachus, in mathematicis doctrinis alia ipse invenit, alia primus ex Aegyptiorum disciplina ad Graecorum usum derivavit, idem ad summam perfectionem adduxit ea quae Euphorbus olim inchoaverat, geometriae elementa, rerum caelestium scientiam, denique abstinentiam ab esu animalium (νηστεύειν τῶν ἐμπνεόντων); sed in his omnibus nullos ille sectatores habuit. Apparet autem verbis illis, ἤνεγκεν ἐν οἷς ὅτ᾽ ἐξεῦρε Φρὺξ Εὔφορβος, aliquid vitii subesse, quod Niebuhrius ita tollere conatus est, ut ἐν οἷς λέγει ὅτι scriberet. Mihi aliquanto plura excidisse videntur. Ac Diodorus sententiam Callimachiorum reddere satis habens scribere potuit: εἰς τοὺς Ἕλληνας ἤνεγκε, [καὶ ἐπὶ πλεῖστον προῆλθεν] ἐν οἷς ἐξεῦρε Φρὺξ Εὔφορβος. Nam ὅτι ex superioribus temere repetitum videtur. Callimachi autem verba fuisse videntur haec:

ἐς Ἕλληνας
ἤνεγκε, καὶ προὔκοψε πλεῖστον ἐν κείνοις,
ἃ ξεῦρε Φρὺξ Εὔφορβος . . .

Ceterum de Euphorbi inventis, quibus Pythagorae Troianis temporibus se ipsum Euphorbum fuisse professi disciplinae prolusit, nihil ab aliis traditum memini; nec tamen illa Callimachus suopte ingenio finxisse, sed ex antiquioribus poetis derivasse censendus est.

X

Ἔπλευσεν ἐς Μίλητον· ἦν γὰρ ἡ νίκη
Θάλητος, ὅστ' ἦν κἄλλα δεξιὸς γνώμην,
καὶ τῆς ἁμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι
τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες.

Achilles Tatius ad Arati Phaen. I. ὅτι δὲ ἄλλοι ἄλλα εὗρον ἐκ τοῦ Θάλητα τὴν μικρὰν ἅμαξαν εὑρηκέναι, δῆλον. ὁ γοῦν Καλλίμαχος λέγει Ἔπλευσεν κτλ. Tertium quartumque versum servavit iam a Bentleio indicatus Diogenes Laert. I, 23. Καλλίμαχος δ' αὐτὸν (Thaletem) οἶδεν εὑρετὴν τῆς ἄρκτου τῆς μικρᾶς λέγων ἐν τοῖς ἰάμβοις οὕτως Καὶ τῆς ἁμάξης κτλ. Cfr. Phoenix Coloph. fr. 3. Θαλῆς γάρ, ὅστις ἀστέρων ὀνήιστον ναύτῃσιν εὗρεν ἐμπόροισι Φοινίκων. Vs. 1 ἐς scripsi pro εἰς. Ib. ἔπλευσεν non de tripode intelligo, ut voluit Alphonsus Heckerus de Anth. gr. p. 274, sed de phiala, de qua ad fr. 13 dictum. Vs. 2 editur ὃς τὴν ἄλλα. Bentleius ὅς τ' ἦν ἄλλα, Heckerus ὅς γ' ἦν ἄλλα, Scaliger ad Manilium p. 40 ὃς τά τ' ἄλλα. Hoc ceteris praestaret, si ἦν omitti posset. Scripsi igitur ὅστ' ἦν κἄλλα. Mox γνώμην Scaliger pro γνώμῃ.

XI

Σόλων ἐκεῖνος δ' ὡς Χίλων ἀπέστειλεν.

Choeroboscus apud Cramerum An. Ox. II p. 277. Χίλων: ἔστιν δὲ ὄνομα κύριον, διὰ τοῦ ῑ γράφεται, ἐπειδὴ εὕρηται καὶ ἐν συστολῇ παρὰ Καλλιμάχῳ, οἷον Σόλων ἐκεῖνος δὲ ὡς Χίλων ἀπέστειλεν, ἔστι δὲ χωλίαμβον. Pro ἐκεῖνος Ruhnkenius ὁ κλεινὸς suspicatur aut ἐκεῖνον,

tripodem intelligens sapientissimo Graecorum reddendm. Praestat haud dubie prius propter ea quae ad fragm. 13 dixi. Praeterea Callimachus, puto, non ἐκεῖνος dixisset, sed κεῖνος. Cfr. Fr. 6, 1. Ac potuit sane scribi Σόλων δὲ κείνην. nam δέ, quod Ruhnkenius delevit, melius transponitur. Nisi cum Lachmanno scribendum Σόλωνι. κεῖνος δ' ὡς —

XII

Πάλιν τὸ δῶρον ἐς Θάλητ' ἀνώλισθεν.

Etymol. M. p. 442, 9. Θαλῆς . . . ἡνίκα βαρύνεται διὰ τοῦ τος κλίνεται τῷ λόγῳ τῶν ἰαμβικῶν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ πολὺ τὸ δῶρον ἐς Θάλητα ὤλισθεν. ἔστι δὲ χωλίαμβος, τροχαῖον γὰρ ἔχει ἐν τῷ ἕκτῳ ποδί. Correxit Bentleius. Cfr. Plutarchus V. Sol. 4. εἶτα περιιὼν καὶ ἀναπεμπόμενος (ὁ τρίπους) οὕτως ἐπὶ Θαλῆν τὸ δεύτερον ἀφίκετο.

XIII

Θάλης με τῷ μεδεῦντι Νείλεω δήμου
δίδωσι, τοῦτο δὶς λαβὼν ἀριστεῖον.

Diogenes Laert. I, 28. Ταῦτα δὴ (de tripode sapientissimo Graecorum reddendo) ὁ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἰάμβοις ἄλλως ἱστορεῖ, παρὰ Λεάνδρου λαβὼν τοῦ Μιλησίου. Βαθυκλέα γάρ τινα Ἀρκάδα φιάλην καταλιπεῖν καὶ ἐπισκῆψαι δοῦναι τῶν σοφῶν τῷ πρωτίστῳ. ἐδόθη δὲ Θαλῇ, καὶ κατὰ περίοδον πάλιν Θαλῇ, ὁ δὲ τῷ Διδυμαίῳ Ἀπόλλωνι ἀπέστειλεν, εἰπὼν οὕτω κατὰ τὸν Καλλίμαχον Θάλης με κτλ. Nimirum versus istos Callimachus a Thalete donario inscriptos esse dixerat. Bathyclem

illum Mantinensem fuisse coniici potest e Schol. Pind. Ol. XI, 83. Phialam seu pelvim, non tripodem, ut plerique, illud donarium fuisse dixit etiam Phoenix Colophonius Choliamb. fr. 3. Θαλῆς γὰρ ἔλαβε πελλίδα χρυσέην. Cfr. Plutarchus Solon. 4. ταῦτα μὲν οὖν ὑπὸ πλειόνων τεθρύληται, πλὴν ὅτι τὸ δῶρον ἀντὶ τοῦ τρίποδος οἱ μὲν φιάλην ὑπὸ Κροίσου πεμφθεῖσαν, οἱ δὲ ποτήριον Βαθυκλέους ἀπολιπόντος εἶναι λέγουσιν. Vs. 1 Θάλης scripsi pro Θαλῆς (v. fragm. 12) et Νείλεω pro Νειλέω. Cfr. ad Theocr. Idyll. 28, 3.

XIV

Ἔβηξαν οἷον ἄλιβαντα πίνοντες.

Etymol. M. p. 63, 51. Ἄλιβας . . . . σημαίνει καὶ τὸ ὄξος. Καλλίμαχος. Ἔβηξαν οἶνον ἄλιβαντα πίνοντες. Recte Bentleius οἷον. Etymol. Par. apud Cramerum An. Par. IV p. 60. Καλλίμαχος ἐβήζανοὶ ἀλίβας τε πίνοντες. Vocem ἄλιβας ex Hipponacte sumpsit Callimachus. Orion a Ruhnkenio laudatus p. 30, 14. ἄλιβας — ἔστι παρὰ Ἱππώνακτι καὶ ἐπὶ τοῦ ὄξους. Neglexerunt haec Hipponactis editores.

XV

Οὐ πάντες, ἀλλ' οὓς ἔσχεν ἅτερος δαίμων.

Schol. Pindari Pyth. III 64. λοιμοῦ δὲ γενομένου συναπήλαυσαν καὶ οἱ μηδὲν αἴτιοι. Ἡσίοδος "πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα." Καλλίμαχος δέ φησιν Οὐ πάντες . . . δαίμων. Bentleius Callimachi testimonium cum scholio ad vs. 62 coniunxit: δαίμων ἕτερος,

ὁ κακοποιός, ὡς πρὸς τὸν ἀγαθοποιόν. Quae etsi speciosa coniectura est, non incommode tamen eo, quo libri habent, loco legitur. Ita dixerit poeta non omnes publici mali participes factos esse, sed τοὺς κακοδαίμονας.

XVI

Ὦ 'μαὶ τἀπιόντος ἄγκυραι.

Apollonius Synt. III p. 219. ἔστι δὲ καὶ τὰ τῆς χρήσεως, ἡνίκα ὁ Νέστωρ τοὺς ἰδίους παῖδας προσφωνῇ "Παῖδες ἐμοί" καὶ ἔτι παρὰ Καλλιμάχῳ Ὦ ἐμαὶ τοῦ ἀπιόντος ἄγκυραι. Ad choliambos referenda esse vidit Bentleius, qui scripsit τοῦ 'πιόντος.

XVII

Τὰ τράχηλα γυμνάζειν.

Etymol. M. p. 502, 25. Κέλευθος . . ἀπὸ τοῦ ὁ τράχηλος τὸ τράχηλον. ἔνθεν πληθυντικῶς παρὰ Καλλιμάχῳ Τὰ τράχηλα γυμνάζει. "De tauro ut opinor loquitur, *qui tentat sese atque irasci in cornua discit Arboris obnixus trunco.* Eustath. ad Il. p. 108, 20. ὡσαύτως καὶ τὰ δέσμα καὶ τὸ γυμνάζει τὰ τραχηλά παρὰ Καλλιμάχῳ. Si Etymologicum sequeris, erit membrum choliambi, si Eustathium, hexametri". *Bentleius.* Blomfieldus addit apud Schol. Ven. Iliad. ά. 312 legi τὰ τράχηλα γυμνάζειν, quod sequutus sum. Videntur enim haec quoque verba ad prooemium pertinere, ut moneat Hipponax poetam, ne iuvenci instar lasciviat nimiumque viribus confidat. Vide quae supra ad fragm. 2 dicta sunt. Haec si vera est

coniectura, probabile est Callimachum scripsisse μηδὲ τὰ τράχηλα γυμνάζειν.

XVIII

Οὐ πρῷν μὲν ἡμῖν ὁ τραγῳδὸς ἤγειρεν.

Suidas v. Πρῴ. οὕτω μονοσυλλάβως, ἔτι ὄρθρου βαθέος. τοῦ πρωὶ συναίρεσίς ἐστι τὸ πρῴ, διὸ ὀξύνεται, τὸ δὲ πρῷν περισπᾶται. Οὐ πρῷν μὲν ἡμᾶς ὁ τραγῳδὸς ἤγειρε, Καλλίμαχος. Ioannes Alex. praec. ton. p. 33, 7. τὸ μέντοι πρῴ μονοσύλλαβον παρ' Ἀττικοῖς ὀξύνεται, ἐπεὶ ἐκ τοῦ πρωὶ δισυλλάβου ὀξυνομένου κατὰ συναίρεσιν γέγονε. τὸ δὲ πρῶιν προπερισπᾶται, οἷον "οὐ πρῶιν (sic) μὲν ἡμῖν ὁ τραγῳδὸς ἤγειρεν," ἐπεὶ ἐκ τοῦ πρώην. ubi corrigendum τὸ δὲ πρῷν περισπᾶται. Cfr. schol. Aristoph. Av. 129 πρῴ] νῦν οὐ τὴν πρωίαν λέγει, ἀλλ' ἴσον τῷ ἐν ὥρᾳ. Alius: πρῴ] οὕτως γάρ ἐστι τὸ πρωί. τὸ δὲ πρῷ περισπᾶται, ubi πρῷν scribendum. Aliud huius formae exemplum non habeo, nisi forte apud Machonem Athenaei XIII p. 581 f. pro edito πρωὶ γενόμενον, quo metrum corrumpitur, πρῶιν γενόμενον scribendum est. In Callimachi versu, cuius perobscura sententia est, Bernhardy ἡμᾶς edidit. Revocavi quod plurimi libri habent ἡμῖν, etiam Ioannis consensu firmatum.

XIX

Schol. Aristoph. Pac. 835 et Suidas v. Διθυραμβοδιδάσκαλοι. Καὶ Καλλίμαχος ἐν χωλιάμβοις μέμνηται αὐτοῦ (Ionis Chii) ὅτι πολλὰ ἔγραψεν. De Ione Chio quo loco agebat Callimachus, haud dubie tragicam viri poesin attigit, quam ob rem non incredibile est de eodem

lone intelligenda esse Callimachi verba schol. Hephaest. p. 34 servata: Καλλίμαχος Μοῦσαν ληκύθειον τὴν τραγῳδίαν καλεῖ, de quibus v. Bentl. fr. 319.

XX

Τὰ νῦν δὲ πολλὴν τυφεδῶνα λεσχαίνεις.

Herodianus dict. sol. p. 9. καὶ καθόλου τὰ διὰ τοῦ ηδων καὶ εδων εἴτε ἀρσενικὰ εἴτε θηλυκά, διὰ τοῦ ō τὴν κλίσιν ποιεῖ. τὰ γὰρ παρὰ τῷ Κυρηναίῳ "τὰ νῦν δὲ πολλὴν τυφεδῶνα λεσχαίνεις" ἕνεκα μέτρου τὸ ῶ ἐφύλαξεν. Editur τὰ δὲ νῦν. Transposuit Naekius de Callimachi Hecale VI p. 9.

XXI

Λίχνος εἰμὶ καὶ τὸ πεύθεσθαι.

Schol. Vict. Iliad. 14, 172 ἑδανῷ δὲ τῷ εὐώδει, οἱ δὲ ἡδεῖ . . . αἴσθησις ἀντὶ αἰσθήσεως, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ "λίχνος εἰμὶ καὶ τὸ πεύθεσθαι." Ita fere correxit et scholiastae et Callimachi verba Alphonsus Heckerus Comment. Callim. p. 9. Sed καὶ τὸ i. e. καὶ τοῦτο sincerum est. Facile autem aliquis etiam ea quae ibidem tractat Heckerus Callimachi verba, tribus locis ab Eustathio (apud Hemsterh. ad fr. 422) servata, lenissima correctione adhibita ad choliambum revocaverit:

Μηδὲν θέλω καλῶν ἔχειν ἀνάγνωστον.

At neque optime tornatus hic versus est, et quum Theophylactus phys. quaest. p. 4. ab Hemsterhusio l. l. allatus dicat, φίλῳ γὰρ μηδὲν ἄγνωστον ἔχοιμι καλὸν τῷ Κυρηναίῳ πειθόμενος, aliquanto probabilius illa in hunc potius

modum correxeris: μηδὲν ἀνάγνωστον καλὸν ἔχοιμι φίλῳ. Quae satis commode in carmine ad amicum scripto locum habere potuerunt. Dubitanter item aliud Callimachi fragmentum a Strabone IX p. 438 servatum choliambis addo. Adscribam illud quemadmodum corrigere tentavi:

Τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μούνη)
ἡ Καστνιῆτις τῷ φρονεῖν ὑπερβάλλει
πάσας· μόνη γὰρ ἥδε τῶν ὑῶν θῦμα
προσίεται.

Strabonis verba haec sunt: Καλλίμαχος μὲν οὖν φησὶν ἐν τοῖς ἰάμβοις τὰς Ἀφροδίτας, ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία, τὴν Καστνιῆτιν ὑπερβάλλεσθαι πάσας τῷ φρονεῖν, ὅτι μόνη παραδέχεται τὴν τῶν ὑῶν θυσίαν. Vides Strabonem sententiam, non verba Callimachi reddidisse; hinc liberrima coniectandi potestas. Nec sane improbabile videri potest, Strabonem μία substituisse magis poetico μούνη, praesertim si conferas Hesychium et veteres interpretes ad illud Hesiodi οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ne plures commemorem. At possunt sane illa haud maiore opera etiam ad trimetros non claudos revocari, quod post Casaubonum Porsonus Advers. p. 309 facere instituit, qui priorem loci partem ita corrigere sibi visus est:

Τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία)
ἡ Καστνίη πάσας ὑπερβάλλει φρονεῖν.

Atqui horum versuum alter pessime formatus ita a Callimacho scribi non potuit. Nec magis quae Alph. Heckerus Quaest. Callim. p. 40 tentavit, probari possunt:

Τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία)
ἡ Καστνιῆτις τῷ φρονεῖν ὑπερβάλλει

πάσας, μόνη γὰρ τῶν ὑῶν παραδέχεται θυσίαν.

Qui utrum consulto an casu claudum non claudis trimetrum miscuerit nescio. Anapaestus autem, quem vir doctissimus in quartum versum intulit, a Callimachi arte prorsus alienus est; nec de tribracho, quem in quintum pedem versus tertii intulit, omnis mihi sublata est dubitatio. Itaque si ad puros, quos dicunt, iambos illi versus revocandi sunt, multo probabilius coniicias Callimachum scripsisse:

Τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία)
ἡ Καστνιῆτις τῷ φρονεῖν ὑπερφέρει
πάσας· μόνη γὰρ τῶν ὑῶν προσίεται
τὸ θῦμα.

Quae praeterea Bentleius ad Choliambos rettulit, *Ἀλεῖος ὁ Ζεύς* e Schol. Pindari Ol. 10 (11) 55, et *τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ* ex Eustathio ad Hom. p. 1627, 43 cll. 1761, 35. quibus addendum videtur quod *ἀδεσπότως* apud Suidam s. v. *ζώεσκον* fertur *ἐγὼν ἔτι ζώεσκον*, ea eodem iure ad puros iambos referri possunt. Prorsus autem Callimacheis eximendum videtur quod Blomfieldus demum ad Iambos rettulit p. 319 ex Etymol. M. p. 212, 48. *Βρενθύεται: μεγαλοφρονεῖ, ἐπαίρεται, οἱονεὶ θρύπτεται . . . καὶ οὕτως ἐν τοῖς ἰάμβοις.* ubi corrigit ille *Καλλίμαχος οὕτως ἐν τοῖς ἰάμβοις.* Mihi haec potius ad Hipponactem referenda videntur, quem in eiusdem vocis explicatione antestatur Hesychius, *Βεβρενθυόμενον: παρὰ Ἱππώνακτι ὀργιζόμενον*, quod Bergkius *βεβρενθυωμένον*, Alberti autem *βεβρενθυμένον* scripserunt. Rectius opinor G. Dindorfius

Thes. L. G. v. *βρενθύεσθαι* illud *βεβρενθυόμενον* ex *βρενθυόμενον* corruptum statuit.

APOLLONIUS RHODIUS

I

Τέρψει δὲ νηῶν ὁ γλυκύς σε χωρίτην
πλόος κομίζων δῶρα πλουσίου Νείλου.

Stephanus Byz. v. *Χώρα. χωρίτης, ὡς ἀπὸ τοῦ ἕδρα ἑδρίτης . . . Ἀπολλώνιος ἐν τῷ Κανώβῳ Τρέψει δὲ νηὸν ὁ γλυκύς σε χωρίτης πλόος κομίζων δῶρα Νείλου πλουσίου.* Ita haec in libris leguntur, nisi quod Rehd. pro *τρέψει* habet *στρέψει.* Correxi ut supra adscripta sunt. Oblectabit te, inquit, in continenti littore versantem iucunda navium transvectio Nili apportans munera. Describere videtur Canobici ostii prospectum navigiorum transvectione prae ceteris Nili ostiis frequentati. V. Strabon. XVII p. 801.

II

Κορινθιουργές ἐστι κιόνων σχῆμα.

Stephanus Byz. s. v. *Κόρινθος. καὶ σύνθετον Κορινθιουργής, ὡς Ἀττικουργής. Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος Κανώπῳ δευτέρῳ Κορινθιουργές ἐστι κ. σχῆμα.* Videntur haec e descriptione Serapei vel Neptunii petita esse. V. Strab. XVII p. 801 et Stephanum s. v. *Κάνωβος.* Sed *δευτέρῳ* quo spectet obscurum est; duas enim huius carminis recensiones extitisse et *Κανώπῳ δευτέρῳ* ita dictum esse, quemadmodum e. c. dicitur *Θεσμοφοριαζούσαις δευτέραις,*

Πλούτῳ δευτέρῳ etc. id mihi quidem parum credibile videtur: hoc enim dicendi genere non utuntur grammatici nisi ubi de secundis fabularum editionibus loquuntur. at nemo unquam, ut hoc utar, dixit *Ἀπολλώνιος Ἀργοναύταις δευτέροις*. Nec magis probari posset si quis *Κανώβου δευτέρῳ* scribere vellet. quis enim choliambicum carmen ad duorum librorum amplitudinem extensum fuisse credat? Vide igitur ne illud *δευτέρῳ* sive ut passim in codd. scribitur *βῳ* nihil aliud sit quam dittographia postremae syllabae nominis *Κανώπῳ*, quod alii *Κάνωπος* plerique autem *Κάνωβος* scribebant. Ipse Stephanus s. v. *Κάνωπος. οὕτως ἔδει γράφεσθαι διὰ τοῦ π, γράφεται δὲ ὅμως διὰ τοῦ β.* ubi vide Berkelium.

CHARINUS

Ἔρροις, πλανῆτι καὶ κακὴ πέτρη Λευκάς,
Χαρῖνον, αἰαῖ, τὴν ἰαμβικὴν Μοῦσαν,
κατηθάλωσας ἐλπίδος κενοῖς μύθοις.
τοιαῦτ' Ἔρωτος Εὐπάτωρ ἐρασθείη.

Ptolemaeus Heph. apud Photium Bibl. 191 p. 153, 5. *Χαρῖνος δὲ ἰαμβογράφος ἠράσθη Ἔρωτος εὐνούχου τοῦ Εὐπάτορος* (Mithridatis M.) *οἰνοχόου, καὶ πιστεύσας τῷ περὶ τῆς πέτρας* (Leucadis) *λόγῳ κατέβαλεν ἑαυτόν. ἐπεὶ δὲ καταβαλὼν τὸ σκέλος κατεάγη καὶ ὑπὸ ὀδύνης ἐτελεύτα, ἀπέρριψε τάδε τὰ ἰαμβεῖα Ἔρροις πλανῆτι κτλ.*

APOLLONIDES NICAENUS

Γλῆνιν παρηονῖτις ἀμπέχω χερμάς
πικρῇ κατασπασθέντα κύματος δίνῃ,
ὅτ' ἰχθυάζετ' ἐξ ἄκρης ἀπορρῶγος·
χῶσαν δέ μ' ὅσσος λαὸς ἦν συνεργήτης,
Πόσειδον, οὓς σὺ σῷζε καὶ γαληναίην
αἰὲν διδοίης ὁρμιηβόλοις θῖνα.

Servavit Anthol. Pal. VII, 693 cum lemmate *Ἀπολλωνίδου ἰαμβικόν*. Patriae notationem addidi Reiskium sequutus, qui Apollonidem poetam, Tiberii aequalem, non diversum esse statuit ab eo quem Tiberio commentarios suos de Sillis Timonis dedicasse tradit Diogenes Laert. IX, 109. Vs. 4 Iacobsius *συνεργαστής*. Sed v. Lobeckium Pathol. p. 437.

DIOGENES LAERTIUS

I

Τί δὴ γέρων ὢν καὶ φάλανθος, ὠρίστων,
τὸ βρέγμα δῶκας ἡλίῳ κατοπτῆσαι;
τὺ γὰρ τὸ θερμὸν πλεῖον ἢ δέον ζητῶν
τὸν ψυχρὸν ὄντως εὗρες οὐ θέλων ᾅδην.

Diogenes Laert. VII 164. *τοῦτον γὰρ* (Aristonem Peripateticum) *λόγος φαλακρὸν ὄντα ἐγκαυθῆναι ὑπὸ ἡλίου καὶ ὧδε τελευτῆσαι· προσεπαίξαμεν δὲ αὐτῷ τόνδε τὸν τρόπον τῷ ἰάμβῳ τῷ χωλῷ Τί δή κτλ.* Vs. 3 malim *τοιγάρ*.

II

Οὐκ ἄρα μῦθος ἦν ἐκεῖνος εἰκαῖος,
ὡς ἀτυχής τις ἐὼν
τὸν πόδα κολυμβῶν περιέπειρέ πως ἥλῳ.
καὶ γὰρ ὁ σεμνὸς ἀνήρ,
πρὶν Ἀλφεόν ποτ' ἐκπερᾶν, Ἀλεξῖνος
θνῆσκε νυγεὶς καλάμῳ.

Diogenes Laert. II, 110. *νηχόμενον* (Alexinum) *ἐν τῷ Ἀλφειῷ νυχθῆναι καλάμῳ καὶ οὕτω τελευτῆσαι. καὶ ἔστιν εἰς αὐτὸν ἡμῶν οὕτως ἔχον Οὐκ ἄρα μῦθος κτλ.* Vs. 6 libri *νυχθείς*. Correxit Hermannus.

III

Εἰ καὶ σέ, Ξενοφῶν, Κραναοῦ Κέκροπός τε πολῖται
φεύγειν κατέγνων τοῦ φίλου χάριν Κύρου,
ἀλλὰ Κόρινθος ἔδεκτο φιλόξενος, ᾗ σὺ φιληδῶν
οὕτως ἀρέσκῃ, κεῖθι καὶ μένειν ἔγνως.

Diogenes Laert. II 58. *ἔστι καὶ εἰς τοῦτον* (Xenophontem) *ἡμῶν ἐπιγράμματα τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον Οὐ μόνον . . . ἄλλο, ὡς ἐτελεύτα· Εἰ καὶ σέ, Ξενοφῶν κτλ.* Huius epigrammatis partem alteram quum Suidas s. v. *φιληδῶν* non addito auctoris nomine afferat, totum carmen Ruhnkenius, Diogene festinanter inspecto, Callimacho tribuendum existimabat; quae indigna est et Callimacho et Ruhnkenio opinatio. Ruhnkenio tamen assensus est Blomfieldus Callim. p. 318. Vs. 2 *κατέγνων*. Eadem forma recte Babrio restituta est Fab. 31, 20 *ἑάλων αὐτόθεν μυ-*

χῶν πρόσθεν. Add. Tzetzes Hist. 1, 770. οἱ δὲ τούτων οὐδὲν ἐπέγνων.

POETAE ANONYMI

I

Ὁ κλεινὸς Ἶνις βασιλέως Ἀμάζασπος,
ὁ Μιθριδάτου βασιλέως κασίγνητος,
ᾧ γαῖα πατρὶς Κασπίοις παρὰ κλήθροις,
Ἴβηρ Ἴβηρσιν ἐνθαδὶ τετάρχυται,
πόλιν παρ' ἱρήν, ἣν ἔδειμε Νικάτωρ
ἐλαιόθηλον ἀμφὶ Μυγδόνος νᾶμα.
θάνεν δ' ὀπαδὸς Αὐσόνων ἀγήτορι
μολὼν ἄνακτι Παρθικὴν ἐφ' ὑσμίνην,
πρίν περ παλάξαι χεῖρα δηίῳ λύθρῳ,
ἴφθιμον αἰαῖ χεῖρα δουρὶ καὶ τόξῳ
καὶ φασγάνου κνώδοντι, πεζὸς ἱππεύς τε.
ὁ δ' αὐτὸς ἶσος παρθένοισιν αἰδοίαις . . .

Carmen hoc eximia arte elaboratum Romae in hortis Mediceis descripsit Ursinus, edidit primus Gruterus p. 288. novissime Welckerus Syll. epigr. gr. p. 69. Res historicas ad Traiani tempora spectantes explicuit Hier. de Bosch ad H. Grotii Anth. V p. 182. Vs. 3 *Κασπίοις παρὰ κλήθροις* scripsi pro *Κασπίας παρὰ κλήθρας*, et vs. 4 *Ἴβηρσιν* pro *Ἴβηρος*. Hoc quidem etiam Hermannus in litteris ad me datis. Vs. 7 *θάνεν* omisso augmento scripsit contra usum antiquiorum iambographorum. Apud Simonidem VI, 45 vitiose scribitur *καὶ πονήσατο*. Sed ut noster, etiam Apol-

Ionides vs. 4 et Diogenes I, 2. Ibid. ἀγήτορι, dupliciter corruptum, in lapide legi vix credibile. Suspicor fuisse ἀρειτόλμῳ, ultima syllaba propter sequens μολὼν neglecta. Vs. 10 in lapide esse fertur ΚΑΝΟΖΩΡ, in quo nihil aliud latet quam quod indicante Hermanno M. Hauptius reperit ΚΑΙΤΟΞΩΙ. Vs. 11 Gruterus ΠΕΖΟΣ ΙΠ. Supplevit Scaliger. In fine carminis aliquid deesse intellexit Hermannus, cuius perelegans supplementum est κάλλει τε μορφῆς καὶ φρενῶν γαληνείῃ.

II

Κέρδαιν' ἑταῖρε καὶ θέρους καὶ χειμῶνος.

Sextus Emp. XI, 122. ὁ τὸν πλοῦτον ἀγαθὸν εἶναι ὑπειληφὼς ὀφείλει . . . ἑκάστοτε πρὸς ἑαυτὸν τὸ κωμικὸν ἀναμελετᾶν παράγγελμα Κέρδαιν' ἑταῖρε καὶ θέρους καὶ χειμῶνος. Videtur Sextus memoriae errore comicum poetam nominasse pro iambographo. Nisi quis probare malit quae dixi Com. gr. IV p. 689. Si iambographi est, Hipponactis vel Ananiae esse crediderim.

III

Ἄνθρωπ' ἄπελθε· τὴν σκάφην ἀνατρέψεις.

Tricha de metris p. 9 de Hipponacte: ἐντυχών, φασί, γραΐ, ἥτις Ἰάμβη ἐκαλεῖτο, ἔρια ἐν τῇ θαλάσσῃ πλυνούσῃ τῇ σκάφῃ καὶ πλησιάσας ἤκουσε παρ' αὐτῆς Ἄνθρωπε κτλ. τὸν δὲ ἀκούσαντα τοῦτο, ἐκ τούτου τὸν χωλὸν ἐπιτηδεύσασθαι ἴαμβον. Cfr. Schol. Hephaest. p. 108.

IV

Εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ἦρχεν Ἑρμίας.

Suidas s. v. *Ἑρμίας, ὁ εὐνοῦχος, Ἀταρνεύς . . . τοῦτον δὲ τὸν Ἑρμίαν μόνον γράφουσι διὰ τοῦ ῑ. ἐν δὲ τοῖς τοῦ Ἱππώνακτος στίχοις ἰαμβικοῖς εὕρηται στίχος οὗτος, Εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ἦρχεν Ἑρμίας.* Hermiae Atarnensis nomen *Ἑρμίας* scribendum esse, non *Ἑρμείας*, docet consentiens cum Suida Choeroboscus apud Etym. M. p. 376, 21. *ἔστι καὶ Ἑρμείας κύριον ὄνομα, ὁ εὐνοῦχος ὁ τρίπρατος . . . . δεῖ γινώσκειν ὡς λέγει ὁ Χοιροβοσκὸς εἰς τὴν Ὀρθογραφίαν αὐτοῦ "διὰ τοῦ ῑ γράφεται ὡς παρ' Ἀριστοτέλει, Εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ὁ* (leg. *ἦρξεν*) *Ἑρμίας."* Ubi permirum est istum versum tribui Aristoteli. Eundem Chrestomathiae suae, metrico operi, inseruit Helladius apud Photium Bibl. 279 p. 520, 34. *τῆς δ' Ἀταρνέως (πόλις δ' αὕτη Θρᾳκίας) ἐκτομίας ὢν καὶ δοῦλος ἦρξεν Ἑρμείας*, ubi vel metrica ratio docet Helladium illa in hunc fere modum scripsisse:

Ἀταρνέως δ' — αὕτη δὲ Θρᾳκίας (leg. *Μυσίας*) *πόλις —*
εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ἦρξεν Ἑρμίας.

Quod enim hodie legitur *ἐκτομίας*, de suo Photius genuinae voci *εὐνοῦχος* substituit. Pariter in Theocriti Chii epigrammate apud Diog. Laert. V, 11. scribendum *Ἑρμίου εὐνούχου ἠδ' Εὐβούλου ἅμα δούλου.* Sed Aristotelem versu, de quo agimus, usum esse eo minus credibile est, quum alio loco Hermiam Aristoteles summa cum laude memoraverit. Frequentem Hermiae memoriam iniecit Aristocles, celeberrimi nominis peripateticus, in excerptis apud

Eusebium P. Ev. XV, 2. ubi quidem hodie altera scriptura Ἑρμείας obtinet. Huius nomen igitur si recte Aristoteli substituimus, versum illum, quem ex celebri illis temporibus carmine petitum esse probabile est, Aristocles incertum quam ob causam orationi suae inseruisse putandus est. Productionem penultimae nominis Ἑρμίας tuetur Hipponactis exemplum Fragm. 22, 4 κυκεῶνα πίνων φάρμακον πονηρίης.

V

Ἐγένετο καὶ Μάνδρωνι συκίνη νηῦς.

Zenobius III, 41. Ἐγένετο καὶ Μάνδρωνι συκίνη ναῦς: ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδα καὶ ἀναξίως εὐπραγησάντων, εἶτα θρυπτομένων ἐπὶ τοῖς παροῦσι. ναύαρχος γὰρ ὁ Μάνδρων ἐχειροτονήθη πρὸς τὰ ἐν Ἑλλησπόντῳ ἀνάξιος ὤν. φασὶ δὲ καὶ συκίνης ἄρχειν νηός, τουτέστιν εὐτελεστάτης. Pro ναῦς scripsi νηῦς, de qua forma dixi ad Moschum II, 104. Mandro fortasse non diversus est ab archipirata isto a Polyaeno IV, 19 et Frontino III, 3, 7 commemorato.

VI VII

Θρῇκες ὅρκι' οὐ ἐπίστανται.

Zenobius IV, 32. ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν τῇ πρώτῃ. λέγει γὰρ ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ γῇ πρεσβύτης ἀκοντισθεὶς διὰ τοῦ στήθους ἀπώλετο. καὶ ἐντεῦθεν Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσιν αἴνιγμα γέγονεν Θρᾷκες ὅρκι' οὐκ ἐπίστανται. Dubitanter, nec tamen sine ratione hoc dictum ad iambographum auctorem refero, pariter atque illud apud Hesychium: Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ παίζει, παροιμιακῶς. ἐπειδὴ ἐν ταῖς τοιαύταις οἱ αἰπόλοι ἀκολασταίνουσι.

Pro *Μένανδρος* apud Zenobium scribendum videtur *Μαιάνδριος*, qui ista in Milesiacis referre potuit.

VII

Βαὺ βαὺ καὶ κυνὸς φωνὴν ἵεις.

Ioannes Alex. *τον. παραγγ.* p. 32, 23. *καὶ τὸ βαύ κατὰ μίμησιν κυνὸς ὀξύνεται "βαὺ βαὺ καὶ κυνὸς φωνὴν ἵεις."* Si recte haec choliambi partem esse suspicatus sum, ex Hipponactis Ananiive carmine desumpta sint necesse est. Olim comico poetae haec assignavi vol. IV p. 652.

Addam his pauca de quodam Rhinthonis, Tarentini poetae, fragmento, quod obscurum dicit Welckerus Hippon. p. 18. nec recte explicuit Odofredus Müllerus Dor. II p. 365. Legitur apud Hephaestionem ed. Gaisf. p. 9, ubi de correptionibus diphthongorum in mediis vocabulis disserit: *Ῥίνθων μὲν γὰρ καὶ ἐν ἰάμβῳ ἐπισημασίας ἠξίωσε τὸ τοιοῦτον. ἐν γὰρ Ὀρέστῃ τῷ δράματί φησιν*

Ὥς σε Διόνυσος αὐτὸς ἐξώλη θείη.
ἴθ' Ἱππώνακτος τὸ μέτρον, οὐδέν μοι μέλει.

Horum versuum altero *ἴθ'* e codd. C et M receptum est; pro eo *εἶδ'* habet ed. Florent., *εἶθ'* Turnebi. Non dubium mihi quin omittenda sit inimica metro et sententiae vocula. Atque ita scriptum hunc versum affert Herodianus MS apud Valckenarium ad Eurip. Phoen. 1508. *εὑρίσκομεν τὸ μν̄ ἀποτελοῦν κοινὴν συλλαβήν . . . καὶ τὸ κτ̄, ὡς παρὰ Ῥίνθωνι "Ἱππώνακτος τὸ μέτρον. οὐδέν μοι μέλει."* Ita enim corrigit Valckenarius, quum codex habeat *ὡς παρὰ Τυρίνθω,* quae recte scripta exhibet Choeroboscus Bekkeri Anecd. p. 1176. Videntur autem illi versus,

e quibus aliquanto melius quam e ceteris Italicae comoediae fragminibus scurrilem phlyacographorum colorem cognoscas, inter loquentes personas ita distribuendi esse:

A. Ὡς σὲ Διόνυσος αὐτὸς ἐξώλη θείη.
B. Ἱππώνακτος τὸ μέτρον. *A.* οὐδέν μοι μέλει.

Notat, opinor, Rhintho ipsam illam poetarum quorundam in vocabulorum mensura negligentiam. Itaque quum persona A. horrendam istam exsecrationem ita extulisset, ut in θείη penultimam corriperet, altera et iram hominis et mensurae vitium ridens, tu vero, inquit, Hipponacteum nobis dedisti trimetrum, simul illos poetas carpens, qui correptionem ante κτ similesque licentias sibi indulgerent.

Scripsi Berolini Cal. Ian. 1845. A. Meineke.

Haec ante duos menses commentatus sum, quibus etsi haud pauca habeo quae adiiciam, nunc tamen in potioribus subsistam. In Tzetzae verbis quae p. 99 et 104 tractavi πᾶσαν vel πᾶσιν ex πάλιν corruptum esse intellexit etiam Bergkius, quem vide in Zeitschrift f. Alterthumswiss. 1845 mens. Febr. Idem in Hippon. fr. 13, 2 Ἀττάλεω tuetur cll. Nicolao Damasc. ed. Orelli p. 53. Hipponactis fragm. 46 Bergkius ita correxit:

Ἐπ᾽ ἁρμάτων καὶ Θρηκίων πώλων λευκῶν
Ἠιονέος. κἀτ᾽ ἐγγὺς Ἰλίου πύργων —

Idem Ananii fragm. 1 coniungit cum Hipponact. 44. Callimachea p. 153 sq. Schneidewinus Not. lit. Gotting. 1845 p. 8 ita coniunxit:

Ἀκούσαθ᾽ Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ᾽ ἥκω
φέρων ἰάμβους οὐ μάχην ἀείδοντας
τὴν Βουπάλειον.

Idem Callimachi choliambis addit quae ab Apollonio servata Tyrwhitto praeeunte Babrio assignavit Lachmannus p. 84 sq. Callimachi fr. 3 ad scazontes revocavit etiam Bergkius Comment. crit. II p. 6. Idem Callim. fr. 14 recte *ἁλίβαντα*.

Praeterea corrige operarum errores p. 89, 9 hic. 91, 5 quarum. 101, 10 pro 33 corrige 43. 137, 4 a fin. *ἅσσα*. 140, 16 *ᾄδων*. 160, 2 *κάπηλοι*.

Scripsi Cal. Martiis 1845.

ADDENDUM

ad Phoenicem Colophonium p. 145.

IV

Νίνου κάδοι μάχαιρα, καὶ κύλιξ αἰχμή,
κόμη δὲ τόξα, δήιοι δὲ κρητῆρες,
ἵπποι δ᾽ ἄκρητος, κἀλαλὴ "μύρον χεῖτε."

Athenaeus X p. 421 d. de rerum bellicarum nominibus ad convivii instrumenta translatis disserens: *καὶ Κολοφώνιος δὲ Φοῖνιξ φησί Νίνου κάδοι κτλ.* Vs. 1 *νίνου* ABC, *οἴνου* PVL. Vs. 3 B *ἄκρητοι*, quod non displiceret si *ἵππος* scriptum esset. Vs. 3 *χεῖτε* Lachmannus, libri *κεῖται*.

INDEX POETARUM.

Aeschrio Samius	pag. 137
Anacreon Teius	— 135
Ananius	— 133
Apollonides Nicaenus	— 171
Apollonius Rhodius	— 169
Asclepiades Samius	— 152
Callimachus Cyrenaeus	— 153
Cercidas Megalopolitanus	— 136
Charinus	— 170
Diogenes Laertius	— 171
Diphilus	— 147
Eupolis Atheniensis	— 135
Hermias Curiensis	— 147
Herodas	— 148
Hipponax Ephesius	— 92
Parmeno Byzantius	— 144
Phoenix Colophonius	— 140
Simonides Amorgius	— 134
Theocritus Syracusanus	— 152